


1818
1818
1818
1818


1818
1818
1818
1818



Nicht ausleihbar

**BUCHBINDEREI
CARL SCHULTZE
DÜSSELDORF**





D. Sp. g. No 28.





UNIVERSITÄTS- und
Landesbibliothek
Düsseldorf
110
110
110
110

Perillustri ac Reverendissimo Domino,

**D. WOLTHERO
HEINRICO
à STREVEDORF.**

**Ecclesiæ Aſcalonenſis
E P I S C O P O.**

*Eminentiffimi ac Reverendiſſimi Princ. Electoris
Moguntini in Pontificalibus*

VICARIO GENERALI,

E T

CONSILIARIO.

NEC NON

Inſignium, Nobiliumque Eccleſiarum

B: MARIE VIRG. Erfordienſis, &

S. Petri Mog. reſpective

PRÆPOSITO & CANONICO.

Vniuerſitatis Moguntinæ

CANCELLARIO.

SS, Th. DOCTORI &c. IVBILARIO.

Domino Patruo ſuo, &c.

D. D. D.

*Sua Perill. & Reverendiſſima Pat.
humillimus nepos*

MARTINUS BRANDT.

Poëta Duffeldorp.



0 Sp 9 28 1/2



EPISTOLA.

DEDICATORIA.



VM ARCHIDIOECESIOS
 COLONIENSIS historica hæc
 Descriptio, veluti Registrum
 præteriti Temporis, aut potius
 Renovatio rerum à Majoribus
 gestarum ex variorum probatorum Histori-
 corum, Politicorumque hortulis à Patriota
 quodam, & practico, Patrono meo fidelissi-
 mo, alijs quam plurimis & gravissimis quidem
 Patriæ negotiis etsi quotidie implicato, sub-
 inde recreationis causa, sub otio etiam rarif-
 simo præteritis annis successive desumpta sit.
 Infructuosum fontem esse recensui, si de-
 promptæ aquæ cursus impediretur, quo mi-
 nus tam utilitati, quam suavitati Patriotarum
 animis scaturiret, nec ad eum ipsum Patriotis
 liber pateretur accessus. Verum enim vero,
 cujus Nomini hoc Opusculum inscriberem,
 non diu deliberandum duxi; Nam à quo
 rem-

DEDICATORIA.

tempore Prænobili D. Martino Henriquez
 à Strevestorff: S. Cæs. Majest. Comiti Palatino,
 q: Capitaneo, jam p.t. hujus Archidicæceseos
 Coloniensis Receptori generali, Avunculo
 meo charissimo adfui, Vidi & expertus
 sum, quanto Tu, Rev.^{me} D. PATRUE, patro-
 cinio erga Eum, & quanto ille ex Fratre Nepos
 non minus argumento erga Te, & quo demum
 consanguinitatis nomine pariter & amore.
 Tu quidem post diuturnos in Eremita Augu-
 stiniana, nec non in publico Academia Theolo-
 gicæ Colon. pulpito exantlatos labores, ad
 Ecclesiæ Afcalonensis Insulam Episcopalem,
 ad Moguntinæ vero, Vicaria dignitate ad-
 ministrationem, ex Patria, Vbiorumq; Provin-
 cia evocus: Ille autem Tuæ Virtutis & labo-
 ris Æmulus post varias per decennium bello-
 rum tempore pro Aug.^{mo} Imperatore FER-
 DINANDO Tertio, & Rom. Imperio belli ex-
 peditiones, & Res præclare gestas ad Patriam
 revocus, simul conjuncti & colligati estis &
 remanetis. Itaque ad Te, Perill. & Rev.^{me}
 Præsul, reverenter accedo, Tuoque Nomini
 hoc Opusculum inscriptum, dicatum, & con-
 secratum esse volo, rogando, ut id ipsum serena
 & gratiosa fronte ab Eo suscipere digneris,
 à quo Tu non minus tali complecteris ho-
 nore & amore, quali Tu quoque eundem
reci-

EPISTOLA.

reciproce prosequeris. Authorem ergo ipsum plus ultra non investiga, quia qui se absolutum Historicum non profitetur, Authoris nomen plus abhorret, quam cum Caio Cæsare acceptis in concilio Romano vulneribus veste & pallio faciem suam velare satagit; Sed cum Opus Artificè commendat, gratulari mihi huic modestiæ consentaneum esse duxi, & exstimulor, dum in eodem opere nullam ullius offensæ invenio anam, materiamve, sed solam, duntaxat, quam tractat Historia, Status substantiam, Rationemque. Nec mirum: Rev. me Domine; cum tam Tuæ Rev. Dign. quam Tuæ quoque familiæ laborem & sudorem mente & proposito innatum, Imo, quasi hæreditarium esse perspicio, quippe. cum Proavi Tui non solum pro solo Imperio Rom. & Domo Austriaca armis decorati, sed etiam legibus armati in utroque tam bellorum, quam pacis tempore efflorescentes in honore, & labore à juventute sudarunt. Testimonium perhibet *Don Alphonso Henriquez* natione Hispanus Tuus p. m. proavus ab Aug. mo Carolo V. Rom. Imperatore (Anno 1519.) tum sui Regiminis Centurio in Belgiam transportatus, à quo Vos mediante Matrimonio, Strevesdorpii Nominis & ex asse hæredes facti: Testis est *Petrus Henriquez* S. Cat. Maj. Capitaneus Tuus qui
Pater-

DEDICATORIA.

Paternalis consanguineus qui sub *Alexandro Farnesio*. Caroli V Nepote, Parmæ & Placentiæ Principe, Belgarum Governatore, in oppugnatione Sichemica pro Religione & Rege Catholico Centurionis munus agens (AN. 1578.) irruendo in Urbem, ac primo in hostem Bata-
vum aggressu vitam cum sanguine consecrare non recusavit: Transeo alios eiusdem Tuæ Familiæ tam Ecclesiasticos, quam Sæculares, quos Hispania edidit vel bellicosissimos Viros, vel profundissimos Theologos, quique vel factis, vel scriptis in Theol: moralem perennem sibi & posteritati reliquerunt gloriam, quosq; recensere nimis longum foret. Loquatur ipsa fidelitas Avi tui in Belgia nati *Martini Henriquezii à Strevesdorff*, q. Ministri ac Quæstoris pro Rege Catholico *Lymburgensis* fidelissimi, qui potius una cum charissima sua Vxore Avia tua *Anna von dem VVeyer* ob Hollandorum persecutionem ex Patria sua Exilium Trajectinum eligere, quam de Virtute ac fide avita pedem retrocedere maluit: Loquatur Rescriptum originale Augustini. Rom; Imperatoris *MATTHIÆ*, qua speciali nempe Cæsareâ gratiâ S. Majestas tunc Archidux fidelem sibi dilectumque *Stephanum Henriquez à Strevesdorff*, Martini filium, tuum charissimum Patrum complexa, & qua Eundem propter
præ.

E P I S T O L A.

præclara in Rempubl. merita, qualitatem ipsam, Virtutes ac animi dotes (quas sibi absoluto in Academia Colon. studio Iuridico, consumptis per Galliam, Hispaniam, Italiamque demum in Vngariam & Turciam usque Itincribus comparavit) ad Fratrem Sereniss. Archiducem Albertum Austriacum tum Belgii Gubernatorem, pro Secretario intimo (AN. 1600) singulariter recommendare dignata fuit; cui nihil defuisset pro Posterorum gaudio, si Vita ei non tam tempestive Novesii phyltro quodam (ANN. 1604.) à quadam V. R. fuisset præcisa. Accedat Sapientia Tui p. m: charissimi Patris Martini Henriquez à Strevesdorff Senioris quondam Consulis Nussiensis, Viri multæ lectionis laboris & expeditionis, nec non Virtus dilectissimæ Matris tuæ Elisabethæ à Dietheren, quâ ille in Regimine suo septies Consulares Falces (more, quo Nussia gaudet, Quiritorû) gesserit, Virtutibus exornarit, providè conservarit; quâ illa verò Tui amor, pauperû Eleemosynaria, infirmorum Cura extiterit. Et ne in Majoribus aut proavis ascendentibus, nec in collateralibus, aut descendentibus me diu detineam, Inconcusse Tuam ipsam interpello doctrinam, Tuiq; Nominis claritatem, rerum gestarum, scriptorum & librorum de Iustitia & Iure in Questiones D. Th. Aquinatis copiam,

DEDICATORIA.

copiam, quæ tot habet præcones, quot lectores, testatur hoc *Diana*, aliique post Te in Theologiam Scriptores & Authores plurimi Te allegantes, Testatur hoc ipsum celebris Erphordia, quæ Te insignis Colleg. Ecclesiæ B. V. Præpositum atque Canonicum agnoscit; proclamat Moguntia quondam aurea dicta, quæ Te Suffraganeum & Vicarium, nec non almæ Universitatis Cancellarium veneratur; palam facit fœlix Agrippina sanctaque Colonia, quæ Te facultatis Theologicæ inter ordinarios Professores ac Regentes Seniore etiam absentem colit, suscipit, reveretur. Taceo Fratres, Consanguineos, Nepotes Tui nominis tam vivos quam defunctos, omni virtute, fidelitate, constantia, exornatos, partim in muneribus publicis & politicis Senatores, Præfectos, Iuris-Consultos, Pensionarios, Quæstores & Receptores Provinciarum generales: partim in officiis militaribus Tribunos, Capitaneos, Signiferos, Commendants, qui ob non exiguas, quas in novissimis bellorum fluctibus pro Rom. Imperio sustinere persecutiones, ac labores, non exiguos meruere honores, comparare laudes, Virtutum emolumenta, Cæareas denique gratias, privilegia & diplomata specialia. Quæ cum ita sint, Perillustris & Reverendissime Præsul, sume fronte, manu,
animo

E P I S T O L A.

animo, quibus soles, huius Vbiorum Historici
 Tibi dilecti studium, huius opusculi oblationem,
 Illudque sub Tua protectione custodi,
 fove, mihi quoque devotissimo clientulo tuo
 ad virtutes, nec non ad vestigia Proavorum ex-
 colendo, enutriendo calcar favoris adde, meq;
 paternali animo ac benevolentia prosequere.
 Deum Ter Opt: Max: enixè rogabo, quatenus
 Te pro familiæ atque Authoris huius Tui ma-
 ximo gaudio, posterorum incremento ita ser-
 vet, & augeat, ut cælum debitum, quàm petes
 magnus & onustus meritis non tam adeas, nisi
 ferus. Colonix Agrippinæ ipso S. Martini
 Patroni Festo: ANNO 1662.

I N A R M A.

Cur tria corda simul? Cur triplex flammula ferveres
 Ecce coronatur Cor charitate Dei:
 Cur diamas triplex atque aureus Annulus? Audi
 In Corde est Domini: Spes, Amor atque Fides
 Cur duplex intus? Videor pro Casare primum,
 Altrunque Hispano Regibus esse sacrum;
 Tertius ast Aquila binis comitatur ab Alis,
 Spes, Amor, atque Fides, talis in Astra volat.

ARCHI

ARCHI-
DIOECESIS
COLONIEN-
SIS
DESCRIP-
TIO
HISTORICA

A R C H I
D I G E S T I S
C O L O N I E N
S I S
D E S C R I P T I O
H I S T O R I C A



ARCHIDIOECESIS
COLONIENSIS
PARS
RHENANA.

A Iove principium sumens, Patriota, laboro
Prisca Colonorū monumēta, statumq₃ situmq₃
Et sacrum Vbiaca tractum Regionis ab imā
Pandere sede, iubet sic mens Dio ebria Phæbo.
Archidioecēsin, cuius fuit incola quondam
Vbius, & circūm Rhenanus cingit Horizon,
Inq₃ duas bino distinguitur ordine partes:
Qua pars est suprā, rauci stridente Mosella
A ripa, sese famosam extendit ad Urbem
Agrippinatum, juxtā Lunaria Rheni
Littora, nativas quā suscipit Eistia curas,
Montibus aërijs, clivisq₃ extantibus altā
Surgit, & humanos ingentia voluit in usus
Marmora, TransFluvios Rhenumq₃, Aramq₃ rubello
Et

ARCHIDIOECESIS COLON.

Et vino albello ditat recreatq₃ Colonos.
 Ast ubi Silvestri protuberat Eiflia foetu,
 Diversas prater Sylvas, & Lustra ferarum,
 Ferri etiam Varias, chalybisq₃ aurig₃ fodinas
 Nutrit, cum Fluvio Rheni Nersamq₃ Nacumq₃
 Stridentemq₃ Aram, spumantē exhaurit & Erffiam.

Iam qua pars infra est, plenis pinguisima campis
 Frumenta educit, solâq₃ capescit agrorum
 Fertilitate sibi magnarum Encomia Laudum.

Tota Diœcesis denas complectitur octo
 Vrbes; hinc quatuor sexagintaq₃ Profani
 Et sacri existunt Dominatus, insuper isthoc
 Viginti in Gremio Satrapatus continet, inter
 Singula qua, claras prater villasq₃ domosq₃
 Centum Nobilium quadragintaq₃ coruscant
 Sedes, & celsis illustres turribus arces.

Cis Rhenum indigetes sacra Regionis, ut extat,
 Antiqui dixere Vbios, quēis cœlicus ille
 Cum Iulius, Eiflis, Angrivariisq₃, aliisq₃
 Gentibus adjunctis, Montesq₃ habitantibus olim
 Cœlica divini primus mysteria Verbi
 Tradidit æthereo Maternus Episcopus ore,
 Imbutisq₃ fide sacram Baptismatis undam
 Contulit, atq₃ prior ter dignam Prasule sedem
 Agrippinensi (a) demum fundavit in vrbe;
 Papa Zacharias (b) Caroli qui tempore quondam
 Martelli vixit, dum Mytram Agilolphus haberet,

Archi-

[a] An. 96. [b] An. 748.

DESCRIPTIO.

*Archi-Patris summum nomen conjunxit, & inde
 In Cathedra primus fuit Archi-Episcopus ille,
 Gregorius Quintus, (c) quandò Otto Tertius alto
 Extitit Imperio Augustus, divusq; Heribertus
 Rottenburgensis Comes Archi-Episcopus esset,
 Electoratus Cathedram insignivit honore,
 Post Nonus Leo Papa, (d) prius prænominè Bruno
 Dagsburgus Comes, antiquo qui Presbyter avo
 Metropolitanus, Tullensis Episcopus, exin
 Pontificale pedum gestando Favoribus auxit
 Electoratum, Hermannì de stirpe Palati
 Tempore, perpetuò quò Princeps Imperialis,
 Italia, ac Titulo Archi-Cancellarius esset,
 Pileoli Rubri frueretur Iure Dynasta,
 Sancti Ioannis Portam nempe antè Latinam.*

[c] An. 1000. [d] 1049.

VVESTPHALIA.

Vestphaliam, à Niveo quæ vox est dicta
 Caballo,

Possedit quondam Henricus Leo Nomine, Princeps
 Germanus, verùm cum læsæ, Criminis alti,
 Majestatis erat, banni Reus atq; Rebellis
 Proscriptus Regno Frederico à Cesare, Sacri
 Imperij charus tunc Cancellarius, idem

Princeps

ARCHIDIOECESIS COLON.

Princeps Elector, dictus Philippus ab Heinsberg,
 Pro certa summâ, tractando exindè Ducatum
 Westphaliae, Angariae, simul sibi quaesit, atq;
 Desuper accepit firmam de Casare Bullam,
 Ex hoc dotata est Vbiorum Ecclesia Princeps
 Fundatore Novo, binis Regionibus hisce:
 Archidiœcesi hinc firmo sunt foedere nexi
 Hi Patriæ tractus memorati (a) Principis ævo,
 Id quod ad illius monstrant Epitaphia Versus:
 Accipe collatum tibi per me, Petre, ducatum,
 Què quinquaginta Marcarum millibus emi.
 [a] 1180.

ANGARIA.

Gentes Angarij, Augusto regnante, Visurgim
 Inter & Amisiam fixos habuere Penates,
 Lippia quâ nunc est, & Ravensberga, sed acri
 In loca, Boructera habuit quæ Natio, pridem
 Grassate motu, scit Lippia, Raurica novit
 Silva Nemusq;, suis post asscripsere trophæis,
 Hujus erant Populi genuina insignia, & illis
 Gaudet adhuc, hodie magnus quæ cetera præter
 Dux gerit Angariæ: Foliorum, germina Nympha,
 Nempe Erias, putridis quæ producuntur ab undis,
 Et supra in cordis formam se spontè figurant.

ARNS-

ARNSBERGA.

Hoc in Circuitu, veterum quod grammata
tradunt,

In pago Angaria situs est Comitatus, & audite
Arensberga, cui juncta Vrbs. & montis in alto
Electoralis Residentia vertice Castrum,
Ad Ruram, antiquis alia: qui dictus Erygnis,
Et propè Meschedam gelidis altisq; susurrat
Montibus, atq; infrà Rurordam gurgite fracto
Labitur in Rhenum. Comes hunc Godefridus ab

Arnsbergh

(Cliviaca de stirpe domus, dùm Conjugis Anna
Viveret in sterili thalamo, Patris ultimus Hares,
Bini etiam canos rugis subeuntibus annos
Vidissent pariter) Comitatum mentis in unum
Sensum Nobilibus coeuntibus, Urbibus unum
In votum tractis, Cunoni Praesulis amplo
Ecclesiaeq; Vbia Reçtori (a) stante refusi
Auri promisso, cum cunctis urbibus, altis
Castellis, Pagis, Ditionibus, insuper omni
Iure dedit vivus, vivusq; hac contulit uni
Omnia. Nec multò post rapto funere (b) summus
Praesul Agrippina, Comitiva insignia dicta

Ducer

[a] An, 1368. 25. Aug. (b) 1371.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Ducere contendit, rostratam nempè volucram
Divisamve Aquilam, cujus de nomine nomen
Adlersberga gerens Aquila quasi monte notatur.
Hi trans-rhenani tractus & VVestphala rura
Eductis florent clivis, venatibus, undis,
Piscinis, variisq₃ feris, & aluminis usq₃
Et plumbi pollent ferrig₃, salisq₃ fodinis.

STRUCTURA ECCLESIAE CATHEDRALIS COLONIENSIS.

CLarus, ab Hochstadio Conradus Episcopus,
Heros

Argenti multi, multi Possessor & auri
Admirandi Operis Fanum, Turrimq₃ bisulcam
Metropolitanam nil parcens sumptibus Aedem,
Octavum mundi Mirâclum orditur ab imo
In Babylonicam fundamine ducere molem,
Cujus adhuc nemo vidit, nec fortè videbit
Finem, ni Magni quis Mœcenatis obire
Munus amet quondam, Fabricaq₃ coronida nectat.

Iamq₃ loci in justum tracto curvamine gyrum,
Et posito utrimvis prospectu, Magnus in Vrbe
Archipator primum, Clero populoq₃ frequenti
Solenni applausu lapidem spectante, profestâ
Virginis

DESCRIPTIO.

Virginis in Cælos assumpta luce locabat,
Sicut adhuc hodie porta in fornice videmus,
Quà Reſtoratus ſacri pendere Bacillos
Inſcriptum monſtrat carmen, quacunq; ſtupendis
Innumerisq; dies præſens Altaria donis
Ornabat, ſummos imosq; offerre movebat,
Sic ſtructura omnem producebatur in horam,
Grandior ut moles, moles pretioſior omni
Europâ nuſquam fuerit reperirier, ipſum
Ad finem Artiſicum manibus ſi ducta fuiſſet:

Principium major ſumpſit Campana ſub An-
num

Cernis ut hic infrà, (a) ſed poſtea (b) fuſa recenter,
Continet ad librâ bis centum pondia centum,
Viginti quatuor, præter Crepitaculum, & hoc bis
Pondo ducenta tenet; ſuperat gravitate Falerni
Quinque & plauſtra decem: verùm ſemel altera
centum

Centuſſes, & viginti ſub mole recenſet.

O ſerum mundi Miraculum! nobile Fanum!

Fanum Auguſtum, ingens, centum ſublime colum-
nis,

Ara admirando Salomonis & æmula Templo!

Hac in ſtructura, ſub Principe Principis AEdæ
(Primus Apoſtolico qui fulget in ordine) Petri
Multorum juxtâ procerum, Comitumq; Ducumq;
Et Prælatorum monumenta è Marmore & AERE;

Ru-

[a] An. 1437, (b) An. 1447.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Bugravius sacro ritu de Dasselien, Archi-
Præsul Reinoldus, Friderici Caesaris olim
Primi supremus cùm Cancellarius esset,
Insigni, ut dictum, cultu, Reverentia, Honore
Asservanda dedit Sanctorum Corpora Regum,
Constantinopolim qua primum maxima summi
Sancta Helena Imperij Regina, Eustorgius inde
Post Mediolanum Antistes devexit in Urbem.

Hinc Barbarossâ Friderico à Casare Primo,
Obsidione gravi dùm quassaretur & armis
Vrbs Mediolanum, Thesaurum hunc, transtulit

Archi-

Præsul Agrippinas Vbiam Reinaldus ad Urbem,

Quâ nunc perspicuo cancellis clausa sacello, in

AEde Cathedrali sanctè asservata coluntur

Incorrupta; hodie devoto cordis & oris

Affectu, longè peregrina à plebe quotannis

Visuntur (taceo magnos Heroas) ab ipsis

Præsertim Vngaria Populis, qui quolibet Anno

Septeno, ingenti numero hanc ducuntur ad Urbem

Agrippinatum, visuri supplice tantas

Pectore Reliquias, quas exprimit hocce Poëma.

CORPORA SANCTORUM LOCULUS TENET

ISTE MAGORUM.

Hi sunt, Eois feri de partibus orbis

Qui peregrè in Bethlem felici sidere ducti,

Et procumbentes curvato poplite Christum

Numen adorarunt, ultroq; ardentè apertis

Thesauris,

DESCRIPTIO.

Theſauri, olli donaria terna tulerunt,
AURUM, quo magnum (ſic fert *Sacra Pagina*)
REGEM,
MYRRHAM, qua mortalem **HOMINEM**, **THUS**
 deniq³, **CHRISTUM**
 Quo demonſtrabant, **VERBUM** inſcrutabile **PA-**
TRIS,

Hosce quis attonito non pectore & ore ſtupescens,
Exclamet! quo tanta *Fides* ſpiramine vobis,
Vos Alienigena? quantam non *Hospes* in omni
Iſraël invenio. **STELLA** praeunte petitos
Bethlemij ſubiēre *Lares*, *Regumq³* *ſupremum*
Regem, in *Præſepi ſolio*, *Sapientiam* in ipſo
Infante, in *Mortali Homine*, *Immortale ſupino*
Poplite adorarunt *Numenq³*, *Deumq³* *Triunum*.

Quare *Divorum* ſicut *Trias* *iſta* *Magorum*
Mystica de ſacris *Theſauris* *Munera* **CHRISTO**
Obiulit uſq³ **DEO**, ſic nos duntaxat ab imis
Viſceribus *Cordis* promamus *Dona* *Perenni*
Digna **DEO**, uſq³ *Ducem* **STELLAM** hē, ſic ſide-
 re fauſto

Iuſtitia **SOLEM** nos ultrò & ſpontè ſequamur,
 Et **CHRISTUM**, *obſcuro* quem nunc *anigmate*
 clauſum,

De facie ad *faciem* cernamus, & uſq³ *ſupremi*
In *Regum* **REGIS** *regno* ſine fine fruamur,

STATVS

STATVS GENERALIS.

Primus in Vbiaca STATUSEST (ut rite probatur)

Archidiaecesi multum venerabile summa
Aedis Cappitulum, Metropoleosq; Cathedra.
Personae illustres, Proceres, Comitesq; Ducesq;
Hinc quoties dicta Princeps Elector, & Archi-
Antistes Patria, Titulis pro quolibet aptis,
Subjectos ad suenta Status conscribere iura
Instituit, gravium quò magna negotia rerum,
Momentiq; gravis, Charitativiq; tenorem
Subsidij proponat, iis per Scripta Statutum
Declarare Diem solet (at praecunte supremi
Collegij scitu, consensu, animisq; benignis)
Ad comparandum BONNAE; Residentia, sive
Principis Aulæ Sedes qua flores in Vrbe;

Tunc illic adsunt Proceres de more vocati,
Aut quibus intrandi Comititia talia jus est,
Scilicet inprimis Metropolitanus in illo
Per Delegatos confessu cernitur Ordo,
Nempè per illustres binos unumvè, simulq;
Vnum Presbyterum, queis Secretarius adsit,

Syndicus

STATUS GENERALIS:

Syndicus ante alios, & sic Primarius indè
Fit Status, & Fundi Domini de jure coluntur.

Mundani hinc COMITES, Vbiâ Possessio quorum
Archidiecepsi nixa est, & continet Ar. 66
Illustresq; domos, Ditiones, Prædia, Fundi
Heredes justî, de quèis duo tresvè, aliorum
Cum Designatis & Syndico in ordine surgunt,
Atq; Statum formant, COMITUM qui dicitur
ORDO.

Nunc ad Nobilium Titulos transitur, Equestris
ORDINIS, in numero Plurali, quotquot Avorum
Quartiriis fulgent, Ceris, & sedibus intrâ
Archidiecepsin, sedecimq; Insignia, Patrum
Stemmata majorum, citrà discrimen, & omnem
Excipiendi ansam, norunt sine fraude probare,
Tertius vndè Status, dùm præstò est Syndicus, exis.

Deniq; civiles subeunt è qualibet Aulam
Urbe Magistratus, binns de munere Consul
Ad minimum è quocunq; loco, quèis scriba suisq;
Syndicus est junctus, Quartusq; hinc nascitur Ordo.

Iam prædictorum Statuum Quaternio (Summus,
Collegium Cathedrale, Status Comitesq; profani,
Nobilitas, Urbesq; dein) deliberat alto
Iudicij sensu, sed Particulare cuius
Consilium appetitur pro RE Patriæq; favore.

Divisim sibi certa tenent conclavia, certas
Consultandi aulas, Electoralis at hausta
Propositi usprimum mens est, meditatq; verò

Matura

STATUS GENERALIS.

*Matura sensus sub lance Relatio, Corre-
 Latioq; impleta est, Conclufi examine voti,
 Respondetur adhuc, conjunctim procinus adfunt,
 Iura colunt Patria, libertatemq; tuentur,
 Confilia & demum post multa, Gravamina multa
 Propofita, vnanimi dum convenere relatu,
 Mutuaq; utrimvū geminis satisfactio votis
 Concordat, rata Res, & falua, & firma: Statoq;
 Tempore, Conclufum, plenum fortitur ab omni
 Mox parte Effectum, jam quo satisfactio in Actum
 Ducatur, Conclufum etiam folvatur, ut ufus,
 Quilibet Ordo fuam Taxam, Simplumq; Statutum,
 Quo Quantum fcit quisq; fuum, de more vetufto
 Ad Patria Statuum Caffam, dextramq; reponit
 Vsq; Receptoris Generalis, qui Rationes
 Defuper, & Reliquam de Quotis ritè Receptio
 Expositisq; fuà ftatione & tempore preftat.
 Appellabatur, Patria qui fubditus, olim
 Liber Peterlingh, omni quod nempe Tributo
 Liber & exemptus ftiterit, Status obtinet inde
 Omni in Conventu Scriptum de Principe, quod fint
 Debita nulla, puta, que fint conclufa; fed effe
 Subfidium purum charitativumq; volendi
 Epuro affectu, quo nil præjudicat alter.*

*Duntaxat Sermone Statu perquirere Verbum,
 Quisq; Status firmum fubjecta in Corpora habetur
 Imperium; ftabilis Status eft Ars recta regendi,
 Notitia eft rerum, Regimen queis ftare viderur*

Tum

STATUS GENERALIS.

Tum Conservando, tumq; amplificando, regundis
Ars presupponit Regnum cum Principe, tanquam
Artificem hunc, illud quasi Materiale Talentum;

Non etenim dici pollet Regnumve Statusve,
Is nisi jam pridem sit confirmatus & auctus,
Quo complectuntur sub nomine commoda quavis
Imperij utilitas Patrie, Tutela Bonorum.
Verum Religio, qua stat Fundamen in omni
Imperio, Charoq; Deo facit esse Regentes,
Vix laudanda sat est: Fernandi Principis antehac
Electoris erat genuinum Symbolum: AVITA
Nempè FIDE: cujus nunc MAXIMUS EMILIANUS
HENRICUS PIETATE pari, SAPIENTIA,
avitus

ÆMULUS existit, propagaturus AVITAM
Vsq; FIDEM; & veluti Romana Catholica, vera
Religio, in Patria hac, quamvis tentata frequentis
Hæresi, in hunc tamen usq; diem sic floruit, omnis
Vt nixa illius fuerit Respublica fulcro,
Sic quasi cunctarum, subjectis imperat ipsa
Religio Mater virtutum, signa timoris
Exhibet, & solidam summo in discrimine spem dat,
Inculcat Pacis studium, male conscia stringit
Pectora, & à nocuis consultis terret amicos.

Hæc summam ad felix regimen vim præbet &
arma

Religio, & verum Ducis Emmanuelis habetur
Effatum, cujus sub jure Sabaudia quondam;

FLORET

STATUS GENERALIS.

FLORET UBI PIETAS, hic Obsequiumq₃, Fidesq₃
Pura viget, cujus pia conservatio nobis,

Est optanda hodie, & Patria cum pace precanda.

Hac demum est aër Vbiorum in parte salubris,
Ad producendos tellus aptissima fructus,

Pars montosa supra est. infrà pars plana: priorq₃

Vinetis vinoq₃, tumet foecunda, bonaq₃

Posterior stat messe gravis frumenta q₃, profert

Centupla, Poma, Nuces, Cerasa, ac Pyra, Messila,

Pruna,

Istiusq₃ modi quamplurima: mitior aura,

Frigora subsidunt, hinc Baccho vinea turget,

Multa ad Materiam quamcunq₃ expullulat Arbos,

Quercus, Acer, Robur, Siler, Ilex, Fraxinus,

Ornus,

Populus, atq₃ alia his multa inveniuntur in oris

Procera, crassa q₃ satius, Tectisq₃ struendis

Servandisq₃ focis habiles, in quemlibet usum.

Hunc Tractum perpulchra rigant Vada, Flumina;

Rhenus

Scilicet Europa Fluviorum maximus, Arba,

Erstta q₃ cum Netta, Eissliacis, qua nata sub antris

Descendunt, & se Rheno hinc atq₃ indè subaddunt.

Nersia verd Mosam, Iulia quae prodit ab Oris,

Intrat, at hisce suo de Rivis tempore plura.

SERIES

SERIES EPISCOPO-
rum, Archiepiscoporum,
Electorum, Archicancellariorum,
S. R. I. Principum.

EPISCOPI.

1. Primus Agrippinas, Tugros, Trevirosq; sacratus,
Discipulus Petri Pastor Maternus adivit.
2. 3. (Ambigusbini; quorum neq; nomina constant)
4. 5. Sanctus Aquilinus: Maternus ab inde Secundus,
6. (Hic intervallum rursus per sceptris Tyranni)
7. Euphrates captus tenebroso schismate Arj,
8. Bourdigalus Divus Severinus in Æde secutus.
9. Tunger Evergisus post Martyr Episcopus: exim
10. 11. Solinus: mitra capit ac Simoneus honores;
12. Inde Carentinus Templorum structor, & Ara;
13. Sanctus Ebergisus pietate insignis & astris,
14. Remedius, medium cui non succrevit in orbe;
15. Ast divus Cunibertus evans Austrasius intras,
16. Bocaldus vixit Mahometu tempora secta,
17. 18. 19. Steffanus, atq; Adelyvinus, Guisog;
decori;
20. 21 Post Anno primus, Pharamudus & ultim^o ille;
A centum, septingentos rexere per annos:
Bresul & Antistes, Pastorq; & Episcopus omnis.

ARCHI-

ARCHIEPISCOPI.

- H**ic sanctus Frisiorū Agilolphus Apostolus unus,
 Archipatris meruit nomen, pietate celebris:
 2. Mox Raginfredus mytra decoratus honore est:
 3. Istunc Hildegarus sequitur Divusq³, piusq³,
 4. 5. Tum Bertholinus meritis, divesq³, Ricolphus;
 6. Hildboldus Sanctus Carolina gratus in Aula,
 7. Hadbaldus Synodi jam dudum Assessor Aquensis,
 (Hic rursus Sedes vacat inter bella Danorum)
 8. Guntherus sensit Nicolai anathemata Primi,
 9. A morte illius surgit Wilibertus in altum.
 10. Hūc Pius Hermannus subit illo nomine primus,
 11. 12. Wichfridusq³ dein; Bruno & de Saxone
 Primus,
 13. 14 Volmarus, structorq³, Gero Gladbachus ab illo,
 15. VVarinum Monachum Martini consecrat Ordo,
 16 Prasul Evergerus Mitra Ius obinet amplum,
 Summi hi Pralati ter summo in honore fuere,
 Quilibet Archipatris Titulo insignitus, obivis
 Munia grata Deo, pro se, populiq³, salute.

ELECTO-

ELECTORES.

1. **V**is Electores? Primas Heribertus habenas Imperij Divus, Divitensis Conditor Ara
2. Obtinet, & Divus Pelegrinus Iura secundus, AEdis Apostolica Reparator, eaq; sepultus.

ARCHICANCELLARIJ.

1. **P**rimus in Italiâ ArchiCancellarius, Alter Nobilis Hermannus fuit hic de gente Palati;
 2. Succedit regno sanctus post Anno secundus,
 3. 4. Hildolphus, Sigeyvinus, & his praxiderat Anno;
 5. Hermannus Pius & Dives, qui nomine Ternus
 6. Hos sequitur; Primus Fridericus Suevus at inde,
 - 7 Bruno Altenanus, qui Apulais subditus oris,
 8. Hugo erat in paucis Comes hic Sponhemus honore,
 9. 10. Bini Arnoldini de Wedâ primus & alter,
 11. Altenanus adit Fridericus scepra secundus;
 12. Reinaldus succedit ei de Daffelen, illum
 13. Stirpe Heinsbergensis, sequitur virtute Philippus,
 14. Ius altenanus Bruno, sed Tertius, aufert,
 15. Succedit Patruo (qui fulmina sensit) Adolphus;
 16. Iam Bruno quartus Seynensis nomine regnat;
 17. Post Theodoricus, quem mox Anathema repellit;
- A

SERIES ARCHIEPISCO:

18. Ast Engelbertus sanctus Martyr q̄, resancit;
19. Henricus regimen caprat Molenarchius Heros;
20. Conrad⁹ post hūc Comes Hochstedanus adinrat,
21. Alter de Falckenberg, Engelbertus in ostro est,
22. Westerburgensis gestat Syffridus habenas,
23. Tollitur in solium clarus Wigboldus ab Holte,
24. Mox Comes Henric⁹ de Virnburgh sc̄adit in aliū.
25. Walramus Iulius, cui parta licentia Iuris,
26. Vilhelmus Proavūm de Gēnep stemmate Baro,
27. Virnburgus q̄, Alter brevis in splendore Ioannes,
28. Alter & excellens jure altenanus Adolphus,
29. Tertius hūc Engelbertus succedit, & ejus
30. De Falckensteino Coadjutor Cuno gubernat.
31. Nunc Sarverdensis, Fridericus Tertius intrat,
32. Tum Theodoricus Comes Alter Moersius, acer,
33. Gente Palatinus Rupertus ad arma paratus,
34. Hermannus Quartus pacis de nomine dictus,
35. De Duna capit hinc Alter pia scepra Philippus,
36. Quintus it Hermannus de Religionē Wedanus,
37. Tertius à Schravvenburgo fit Rector Adolphus,
38. Anonius regimen transcendit Frater Adolphi,
39. Ioannes jam Gebhardus de sanguine Mansfelds,
40. Quartus & eligitur Fredericus stirpe Wedanus,
41. Inde Salentinus Comes Isenburgius, inde
42. Gebhardus Sacri Imperij Truchsesus, ab illo
43. De Bavaro Princeps Ernestus stemmate regnat,
44. Succedit patri Princeps Fernandus honori;
45. Par Patrius Pietate, simul Virtute Modernus

MAXIMI;

MAXIMILIANUS
HENRICUS,

Ubius Archipater, Princeps Elector: & Archi-
Per tractum Italia quog³ Cancellarius; idem
Hildesheimensis Prasulq³ Leodius: amplius
Berchtesgad: Stabulo Reñor: Palatinus & Heros
Ad Rhenum : Bavarum Dux : Westphalia ,
Angariaq³,
Bullonijq³ Comes, Leuchtenbergensis avito
Stemmata Landgravius, Francomontensis eodem
Marchio jure, cui nunc est suprema potestas.

ARCHI-EPISCOPALIS EMINENTIA,
ET INSIGNE.

Illustri Titulo meret Archiepiscopus, inter
Primates primus venerari, scilicet illis
Ille praest, Canonum qui Suffraganei habentur
In jure, ut Minden, Vtrecht, Leodius, atq³
Osnabrugensis simul, atq³ Monasteriensis.

Archipatrum Titulus, Praestantia, Fama, Potestas
Prodit ab INSIGNI, quod sacri denotat usus
PALLII: & à summo solet hoc transmittier illis
Pontifice, & vestis, ehlamys hac, est perbrevis, albã
Elanã contexta, super quam caetera Prasul-

Ornamenta.

OFFIC. HÆREDIT.

Ornamenta gerit, veste exhibiturus in illa
Pontifical e decus, Romæq; sacratur ad Aram,
Pontifice: à summo, Petri quâ corpus in arca,
Mittitur, hinc Petri de corpore dicitur esse
Transmissum, accepta sacratus Epomide Prasul
Confirmatur, & hinc supremo jure potitur.

ARCHIDI OECESIS

OFFICIA HÆREDITARIA.

Quattuor existunt Archi- de lure Toparchæ,
Quilibet officio, pro avum de sanguine gaudet,
Fungitur hoc quivis bonè munere, lusq; tuetur,
Vbiacus quoties celebrat solennia Prasul.

1. Archi- Pincerna est Comes Illustrissimus Ahrburg,
Dux Arschottanus, Croiusq; Rebeccius, Engien.
2. Archi- Praefectus Comes est ex asse secundus,
Illustris Manderscheidt, Blanckenheimq; Saynq;
3. Et Comes à Salmo, Reiferscheide unde propago
Archi- Marechalli exercet de sanguine munus:
4. Baro de Stolberg à Frens de Stemmate avito,
His generosus adest Archi- Camerarius: Ecce,
Heroes tales Vbia in Regione coluntur,
Hæredesq; dein, quæ munera Iuris aviti;
Prasul honoratur, Cathedralã dū scandit in altam,
Dum regale subit munus, comitantur Eundem:
Ad primum transire statum nunc suggerit Ordo.

STATVS

STATUS

I,

STATVS

ARCHID. COLON. STATUS I.

ILL. mum & REV. mum

CAPITVLVM

METROPOLITANVM.

Metropolitanam Cathedralē hic cernimus
AEdem,

Precipuum in Clero solium, subsellia prima
Scandere, quae cunctis praecet, & altior exit,
Majori ter digna gradu, Fana omnia praeter;
Tota Dioecesis, vel quae Provincia tota
Ambit in amplexu, gremioq; includit Horizon.

Hinc de lure Prior, Titulo clarissimus ille
Censendus status est, paret cui scilicet omnis
Ordo Dynastarum, Clerusq; obtemperat omnis:
Dictum Collegium nullos admittit in Album,
Quam summos sacri Proceres, Comitesq;, Ducesq;
Imperij Heroas, cumq; his Illustribus, octo
Presbyteros, quorum Promotio summa probatur,
Vel Doctoratus, vel dia Licentia, & horum
Consilio, arbitrio, solog; Ecclesia natiu
Agrippinensis regitur, servatur in Esse.

Ast epradictis Illustribus atq; Serenis
Principibus, Ducibusq;, Viris Primatibus Archi-
Presul, & Elector Princeps celebratur in alto
Romani Imperij sessu, Italiaq; supremus
Sicilia Regni quoq; Cancellarius ille est,

Consilio

ARCHID. COLON.

Consilio Imperij, Procerum votoq, secundus.
 Multis Caesaribus, multiq, à Regibus, alijs
 Principibus, Ducibus, Baronibus atq, Dynastis,
 Vbiaca hæc Cathedra est ditata a favore lubenti,
 Ornamentorum milleis dotibus. Aedes
 Iam dicta à Sancto Materno Antistite primo
 Discipulo Petri, fundamina (a) sumpsit & ortum,
 Primo à Pralato hoc, Vbiorum & Apostolo in Vrbe,
 In Divi Petri templum sacratum honorem,
 Hic animando fidem Præco propagat ubiq,
 Tempore Chilprici Francorum (b) Regis, eodem
 Etatis, sanctus dum sceptrum Agilolphus haberet,
 Quod prior ille annis, misso Diplomate, summo
 Pontifice à Zacharia, huius post secula verò
 Dum Comes ad Tubarum, delubra Taitia fundans
 De structo Castro, Sanctorum Heribertus in album
 Adscriptus, Patriæ Pater admirandus in ævo
 Ottoni charus, dumq, ArchiPræsulis auctus
 Munere, mox meruit Primus dignariet alto
 Electoratus (c) gaudente Ecclesia, honore:

Dicta Cathedralis, Dominatus possides intrò
 Archidiæcesin, Donaria plurima, præter
 Freishemium, quondam Comitatum, conditus ipse
 Emundus sacra Comes & Dotator in AEdæ,
 De se sic loquitur clarus post funera vivens;

FREISHHEIM

[a] An. 95. [b] An. 714. [c] An. 1002.

STATUS I.

FREISHEIM, SANCTE MEUM FERRO, PETRE,
TIBI COMITATUM:

Hulckroidt (primò Equitis Sedes, Dominatus & olim
Sed manibus Clivia Comitiss Comitatus herilus.)

Iura exercendo Theodorus nomine Lovo,

Possedit primo; Ditionis limina vidit

Nussia. Moers infra. suprema in parte Colonus,

Henrico demum de Virnburg ere (a) redemptus

Gessit, & inde illum Cathedra hac possedit, ad usq₂

Tempora Fernandi, qui permutavit & Urbem

Zontinam contra Hulckradium, veckigal, & Arcem,

Vndè hac Metropolis per Zons sua Iura reservat.

Et præter Glevvel subsunt cum Iuribus Esch. Niel,

Walperberg, Woringè. Bullesheim quoq₂, & Erpel,

Hac loca sunt Dominis subiecta labore, timore

Iustitia è contra; Pax & Clementia regnant.

An. (a) III.

TITVLI ILL. morum

CAPITVLARIVM.

de Anno 1682

1. **B** Erchtoldus Comes in Königseck, atque
Rotenfeltz.

Metropolitana colitur supremus in Aede

Præpositus, simul Archi. Cancellarius almi

Agrippinensis studij. Factorq₂, Dynasta in

Stauffen

ARCHID. COLON.

- Stauffen & Aulendorff, Gereonis in Æde Decanus,
 2. Indè Decanatus Cathedra pia jura gubernat
 Re Franciscus Egon, Comes Illustrissimus ille
 Furstenbergiacus, Werdenbergensis, & Heiligen-
 Bergensis, Bahri Landtgravius inclytus: Aula
 Electoralis Praeses supremus, & ultra :
 3. Subq̄, Decanus abest Ioannes Æde Iacobus
 Qui Comes à Königseck Rottensfelsq̄, Dynasta
 Aulendorpiacus, Dominus Stauffensis, utrimq̄ est.
 4. Iamq̄, Chori Praesul captat sacra Philippus
 Iura Salentinus, Mander Scheidanus & idem
 Is Comes à Blanckenheim, Gerolsteinius Heros,
 5. Hic Wilhelmus Egon Scholastica Sacra tuetur,
 Qui Comes à Furstenbergh Werdenberghque
 coruscat.
 6. Nunc Leopoldus adit summam Fridericus ad aram
 Vbiaca Ecclesia, Dapiferq̄, ex jure Paterno
 Romani Imperij, Comes ac Friedbergus & idem
 In V Valturg Dominus, majorq̄, Diaconus ille est.
 7. Wilhelmus V Vunibaldus in ade Diaconus alter,
 Imperijq̄, sacri Dapifer, Friedburgicus idem
 Ille Comes, Dominusq̄, simul Walpurgic⁹ intrat.
 8. Postq̄, Philippus adest Comes, Illustrisq̄, Dynasta
 Ex Hochenzollren, Siëgmaringa, atq̄, Veringa,
 Archi Romani Imperij Camerarius idem.
 9. Franciscus Bernard Princeps Nassovius ille, ab
 Hadmar, Cattineliboci, Diez, atq̄, Vianda
 Illustris Comes, in Bilstein Dominusq̄, gubernat.
 10. Ioannes

STATUS I.

10. Ioannes Carolus Comes hinc succedit avitus
De Schvvarzenburgo, atq̄ Hohenlandsbergius
Heros.
11. Franciscus Comes Ernestus Dorstveilerus, atq̄
Krichingensis adit Pittingensisq̄ Cathedram.
12. Metropoli Hermannus stat Marchio in Æde
Badensis,
Hochbergusq̄, Susenbergus Landegravius,
amplius
Ebersteinensis Comes, ac Sponheimius idem.
13. Hinc Comes à Manderscheid, Blanckenheimq̄, sub
Ara
Otto Ludovicus, Keyl, Falckensteinq̄, videtur.
14. Fernandus Rudolphus idem ius obtinet hac in
Æde Cathedrali, Furstenbergensis avito
Iure Comes, Werdenbergensis utrimque
Dynasta.
- 15 Fernand Franciscus Comes hic de stirpe
Wedanus;
In Ronckel Dominus, simul Isenburgicus intrat.

Excellenti Hisce est Vbiopolitana Cathedra
Principibus, Ducibus, Primatibus atq̄ Dynastiis,
Et si fata vocant, gremio succedit ab hocce,
illustri, cui vota favent, dignissimus Archi-
Presul in excelsis folio, cui fausta precamur.

DOMICEL:

DOMICELLARES
ILLUSTRES.

1. **H**ic Leopold V Vilhelm sequitur, Dux
Archi-potentis
Austriacæ de stirpe Domus, atq³ inclytus Heros.
2. 3. Matthias; Leopold; Princeps Medicæ usq³.
4. V Vilhelmum Ernestum Comitem nunc ordo
receptat,
De Manderseheida, Blanckenheimb, atque
Gerolstein.
5. Austriacus Sigismundus Dux proximus extrat.
6. Albert Sigismund Bavarum Dux, atq³ Palati.
7. Inde Comes Carolus Fernand Blanckheimius
intrat.
8. Landgravius Friderich, rubroq³ Dynasta
galero.
9. Marchio Badenses Carolus V Vilhelmus ad oras.
10. Landgravius V Vilhelm de Darmstadt Iunior
Hassus.
11. Ritbergæq³ Comes, Frisiaq³ Dynasta orientis.
12. Et Carolus Leopold titulo Dux Lottaris ora.
13. Frans V Vilhelmq³ Comes Manderseheidensis, &
in Keill;
14. Maximilianus adest Frisia Fernandus ad
ortum,
15. Frebenius

STATUS I.

15. Frebenius Comes à Furstenberg, V Verd-
Heligenberg.
16. Fernandus Comes à Manderscheid, atque
Sayna.
17. Philips Theiodorus Manderscheidt, atque
Gerolstein.
18. Maxmilian Comes in V Vertheim, Levystein,
Rochefelt₃.
19. Austriaco Archiduci hac Carolo quoq₃, iura
Iosepho
Casaris Augusti Germano sanguine Fratri.
Ecclesia hosce Duces Vbiam veneratur ad aram.

PRESBYTERI, CANONICI,
CAPITVLARES,

1. **P**resbyter est primus, Seniorq₃ Georgius ab
Eyschen,
Olim Theologici cui juncta Licentia Iuris.
2. Albertus Rensing, hūic Dia Licentia Legum,
Is Iudex idem in summo Officialis honore est.
3. Est Adrian Waleburg sacrat^{us} Episcopus Adri-
Anopolis, qui Suffraganeus Vbius idem.
4. Paulus & Aussenius Cuniberti ritè Decanus,
Spiritalis ad hac summusq₃, Vicarius extat.
5. Henricus Mering Doctor de jure probatus,

Consilij

STATUS I.

- Consilij Dator, & longas Legatus in oras.
6. Iam Fernandus adit summam Strobilius aram
Theologica Doctor celebrisq; Magister in arte,
7. Ioannes Francken de Sierstorff, Iurus utrâq;
Lauru insignitus, Laurenti in Gymnade Rector.
8. Thomas Quentelius, Doctorq; Sigillifer, illum
Ad Divum Andream quoq; Præpositura coronat.

Hos, Illustre, Viros, quæis parta Licentia, quæisq;
Doctoratus adest, per vota Capitulum adoptat;
Presbyter Ecclesia ut quivis de lege colatur,
Voto, inquam, activo, sed non passivus ab illis
Electoralis scandat Fastigium honoris.

CLERVS.

CLervs vox græco ducta est à nomine Cleros,
Quod nos latino dicimus sortem stylo.
Hinc, quia vel sors, vel Dominus Pars extat Eorum,
A sorte Domini, Clerici nomen gerunt.
Nam confidenter loquitur dio ore Propheta,
Hereditatis ipse pars Dominus mea est.
Sic, quæ jure DEI sunt, pro Rectoribus ipsi
Sunt constituti Clerici, Mystæ DEI.
Quin semper visum est, hominum genus usq; duobus
DEI Ministris dirigi, duci, regi.

Nempè

STATUS I.

Nempè Sacerdotum supremo munere, summâ
Auctoritate, regio imperio, manu.

At præsens cum non tangat Tractatus eorum

Hic qualitates, jura, privilegia:

Ex æquo cessamus ijs de rebus, & ipsum

Nunc ex professo gradimur ad Forum Fori.

Mitto Coloniacos divino iure Ministros,

Claustraq; qua numero sunt infinita per Vibem?

CLERVS EXTRANEVS.

ABBATIÆ VIRORUM.

1. **A**bbatum Delubra inter, Divites reluces,
Brunvillense, dein Lach quæis Benedictus in
Ara est.

Hinc Heisterbacum, Marienstadiumq;, Vetusq;
Campus, & hic colitur Divus Bernardus, & inde
Steinfeldensis adest, Knechtstedensisq; Tiara,
Præmonstratenses Norberti ex Ordine Patres.

PRÆPOSITVRÆ.

2. **P**ræpositura duplex, tenet unâ Bonnæ, sed Altrâ
Tolbiacum, Vbiacis qua conspiciuntur in Agro.

COLLEGIA.

Cassius & Socius Bonnæ Florentius Aram
Collegiumq; tenent, sed Divus in urbe Quirinus
Nustadium, Kayserverda Sviberus, & Heros
Kerpena adjecta colitur Martinus in AEdæ.

COENOBIA

A

 COENOBIA,
 ET
 CONVENTVS.

4. **I**N Neus Cœnobiū est, Canonū quod Regula facit,
 Quodā erat hoc Bacchi Fanū, deīn Magdalis Ara
 Tempore Abelvini: (a) sed Præpositura sacra tur
 Vbiacā à Cathedra Comitum, sub Præsule (b) Daslō
 Egregijs dotata Viris, tum nomine Nevvburg,
 Jamq; Prioratus, quem vox modò Teutonīs effert
 Ober Closter, & hoc fuit eversum ante, videmus
 Nußiacis hodie subseptum Mœnibus illud;
 Ehrensteina Cru. is, Bottenbroch Ordinis ex nunc
 Cisterci, Servitarum Creutzberga Verone
 Proxima, Bedtburgi Pater Augustinus in Ara est,
 Antonlsteinam Carmeli possidet Ordo,
 Welchenberga subit, prope Dickam sanctus honorē
 Et cultum Nicolaus habet, Divusq; Sebastes
 Nußiaci, Patris q̄tis tertia Regula cura est
 Francisci: Sunt ista Monastica Claustra Virorum.
 [a] Anno 690. [b] An. 1161.

 PAROCHIÆ,
 ET
 VICARIÆ RVRALES.

5. **C**Entum, Octoginta Rus Pastoratibus intrā
 Archidieceſin, quadragintaq; Ministris
 Et centum, incumbit quævis Cura Vicaria, pollet.

ABBATIÆ

ABBATIÆ,
SEV
VIRGINUM NOBILIUM
COLLEGIA.

Abbatissarum hęc Illustria Fana coruscant;
Novesij, Dedekircha subit, Vilichq₃, nigrūq₃
super imposito iam dudum nomine Rheindorpf.

CLAVSVRÆ.

Regia villa Konigsdorpf, Mehr, Langvaden,
& Hoven,
Inadenthall, Eppinckhoven, Burgbach, Marienforst,
Kurvenig, Engenthal, Marienbēdenq₃, Rolandsverth
Insula Rulandi, Nevenverck, atq₃ suprema
iuxta Andernacum, Thome quæ Claustra videntur.

CONVENTVS.

Hic Maria Forstū, Schillingsq₃, Capella resurgē
Frayweiler, Rheindorpf, Blatzheim, Berck,
Kempen & Alfster,
Tuls, Marienbergum, Clara, & Michaelis in urbe
Tussiacæ & Fuschich: dicta hæc Cistercius ordo
partim Claustra sovet, Præmonstratensis & inde,
tum Benedictinus, tum Brigittanus, & Ara
tertia Francisci, canonum tum regula Fratrum.

DOMINIA

DOMINIA
SVBIEGTA CLERO.

Iam Clero subsumt Dominatus: scilicet illi:
 Bravviler, Flertz heñ, Bochohz, Bertzdorpicatellus,
 Prapositura simul Poppelsdorpf, Eendenich, indè
 Bleishemium, Iunckersdorpf, Kirchfahr,
 Marmagiumq̄,
 Merrheim, Mungersdorpf, Mavvnheim.
 Nevvkirchaq̄, Niersta,
 Offendorpf, Schyvadorpf, nigrum de nomine
 Rheindorpf,
 Vilig, Vdeshemium, VValdorpf, VVebr, Loevenig;
 atq̄,
 Her-Mulheim, sacro loca sunt hac subdita Clero.
 Verum Abbatys sunt plurima subdita sacris,
 Plurima Collegys, quèis longo jure potestas
 Illa reservata est, ut jus & munia sancta
 Iustitia exercere queant vel qualibet aua:
 Sacrificiis verò quia mox Irregula prasto est,
 Prelatus Gladium Pratori mittit, ut Ejus
 Iudicio & justè reddantur jura cuiq̄,
 Et castigentur delicta patrata Nocentum.

STATUS

II.

STATUS

II

ORDO

ILL. ^{rum} COMITVM.

Sicut apud veteres Germanos, Testis & Author
 Vt Tacitus conscribit, erant quasi Corporis, Atlas
 Primatum Comites, pariter Regumq₃ Ducumq₃
 Praesidium in Bello, Decus atq₃ in Pace: Comesq₃
 A Duce Primus erat: velutiq₃ in Corpore (a) Iuris
 Iustinianus ait, Comitum cervicibus omni
 Militis incubuit concredita cura, praesse,
 Ducere, adhortari, dare spem, spondendo Triumphū:

Sic Vbiorum hodie, summo sub Praesule, in Ejus
 Archidicepsi Comites sunt, usq₃ Secundum
 Qui faciunt formantq₃ Statum, Illustremq₃ Senatū
 Ordine praclaro, maiorum Illustria propter
 Stemmata, & excellens Genus alto à Sanguine Patrū.

In primis verò ob quorundam hinc inde Bonorum
 Respectum, quae jure tenent sibi propria, dicta in
 Archidicepsi, vel quae Provincia cingit
 Feuda, vel hinc alibi sunt dependentia ab Archi-
 Praesule; & Imperio quamvis ex ordine subsint
 Immediatè omnes, tum soli Caesari, & Ejus
 Spirensi Imperij Camera de jure supremis
 Iudiciis praesent, morem, Obsequiumq₃, Fid. m^q,
 Quis

[a] l. 42, C. de decurion,

ARCHID. COLON.

Quin etiam summo sint summo in honore Monarcha
Imperij Comites, quos sacula prisca tulerunt :

Si tamen Hæredes, Patriotæ, sive Vasalli
Sint, in Matriculam simul omni ex asse relatis
Archidicepsis, summo Provincia ad unum
Scribuntur cuncti ad Comiticia publica Patre
Cum reliquis Statibus, de Re, Utilitate, Bonoq;
Quæ Patria, & Populi, Subjectorumq; salute
Consultant, sua per suffragia, vota, coram
Sunt assistentes exercentesq; probatis
Iudicibus similes, quod Iurisdictione dictat
Particularis; at in magno (quod separat) Aula
Conclavi, tanquam quæis multò illustrior, atq;
Dignior est alijs Gradus, Excellentior Ortus.

Aut in Persona si comparere molestum est
Legatos mittunt, Designatosq;, quid Actu
Hic opus, attento versantes pectore, quiq;
Prospiciant, curent Comitum quid postulet alta
Majestas, Gravitasq; ad Eos quam deniq; primò
Nobilium coeunte Relatio ab Ordine facta est,
Volvitur hac acri sub lance Relatio mentis,
Et demum sin justa inventa probetur, eorum
Communi accedit Patria pro fruge voluntas,
Et sese ad normam rectæ rationis aperto
Conformant voto, quo sic, sine fraude, peracto,
(Ordinibus reliquis veteri de more, vocatis,
Nobilitate, dein civili Corpore (docto
Eloquij Herrestorff quo pollet Syndicus ore:)

STATUS II.

Ad Primum, Illustremq; Statum, venerabile nempè
Collegium summa Cathedrale quod exit ab Ara,
Patria Onus partim, partim Vitæ, tumq; Salutem
Vnanimes referunt, tum cetera commoda Pacis;

Omnia jura tenent, Indultaq; singula, & omnè
Per terras & aquas, Rheno Ruriqu; fruuntur
Libertate, manûs subscriptio sola, vel horum
Agnati fuerit si Appensio visa sigilli,
Immunes vivunt, gaudentq; favore, Bonosq;
Quæ Status antiquo hic de more ac jure requirit.

Iamq; per illustres Comitum quos possidet isthac
Vbiaca in Patria Dominatus Ordo, sequuntur:
Bedburgum, Comitum de Salm Residentia, Castrum,
Oppidulumq; illi paret, post mentio cujus
Particularis erit, Comitum sunt insuper ista
Iure loca, à serâ serie deducta Nepotum,
Helpstein, Roesbergh, Hackenbroch, Alffter, & Erpe.

Agrippinensi Illustres dominantur in Aduo-
Catiâ Comites de Bentheim jure vetusto
Per Pagos Volckhoff, Bickendorff, Longerig & Lindt:
Terra Primates reliqui, reliquiq; Toparcha
Imperium servant, patrioq; ex asse gubernant.

Ecce Statû subit, aut fundi, aut ratione Bonorum,
Archidiaecesis Comes Illustrissimus omnis,
Maticula in cujus Comitum bona singula, perq;
Subiectos hodie concurrunt, quotquot ab Archi-
Presule vel tutela beat, protectio servat.

ARCHID. COLON.

1. **E**fficit, ecce, Statum Comes Ahrenburgicus,
atq³
Dux Arschottanus, Croius, Princepsq³ Rebecques,
Porcean, in Mont-Cornetto Marggravius altus,
Laillanus Comes, & Segenem, Dominusq³ Briene,
Hall, Engiënus, Equesq³ Aurati Velleris, Archi-
Pincerna Vbiacue, tamen hoc ratione bonorum
Ahryveileranam ob Turrin quam s^rvet in Vrbe.
2. **I**llustris Comes huc Praefesq³ Ericus Adolphus,
Fraterq³ Illustris, bini de sanguine avito
In Salm, Reifferscheidt Comites, per Bedbur, & Alstier,
Et simul in Dicka, simul Hackenbrochq³ Dynaste;
Archidiecefis per secula ab asse Parentum,
Archi-Mareschallus Senior, generosus ob Alstier,
Et bona per Bonne Satrapiã, tumq³ per Hulckrade.
3. **I**llustris Comes, accedit Dominusq³ Toparcha,
De Mander Scheida Comes ac Blanckheimius,
Heros
Junckerrodanus, Daun, Erpp: supremus & Archi-
Praefectus, diversorum ratione bonorum,
Per fundum Erpensẽ, tũ plura per Arua Drachensfels.
4. **I**llustris Comes Isenburg: Grensovij in Hersbach,
Atq³ Arienselzæ Dominus, qui Velleris auri
Est Eques accedit Lyncensis pignoris ergo.
5. **I**llustris Comes à Marck, à Schleid, Baro Cymaius,
In Sassenburgo, Serem, Kerpeng³ Toparcha,

Et

STATUS II.

Et Marchionatus Francomontensis hic Advoca-
 tus habet patrium jus, qui ratione bonorum huc
 In Meyl & Vesfeldt concurrat in Ordine, & Anno.

6 **D**E Bentenhemio Comites scribuntur ab Advoca-
 tia in VVevelinghoven, tum jure Coloni.

7. **D**ERenuenberga hic Comes Hochstratenus in
 usu est,
 Ob bona, Lincenses quae possidet Ipse per Agros.

8. **V**Irnburgusq³, simul Comes hic ratione bonorū
 est,
 Quae prope Nurburgum, quod suspicit Eifflia, servat.

9. **P**Rodit jure pari Illustris ratione bonorum
 Iuxta Altenvriedam Comes atq³ Toparcha
 Saynus.

10 **D**Eg³, Gerolsteino Comes hic ratione suorum
 Iuxta Nurburgū, tum circumquaq³ bonorū.

11 **I**LLUstris Comes à Weda ratione bonorum
 Per Nerverburgum in Westervaldensibus
 agris.

12 **H**VC Possessores spectat bona plurima propter,
 Winnenberg, Roesberg, Hardt, Cardorff,
 Hemmerig & Lintz.

Quem Comisum, hisce bonis sua nunc possessio crevit.
 BEDVR=

BEDTBVRGVM.

Bedburgum Comitū de Salm Residentia, ad Erfm̄
 Ilucundus locus est: Dominatus continet in se
 Scilicet hos; Bursdorff, Bucholtz, Erproede, Blerick q̄,
 Winckelheim, Gattenberg, Arvenheim q̄, simul q̄,
 Kirdorff & Garstorff, Fleistett, Huckelhoven, atq̄,
 Fravveiler: Tali est omnia subiecta Toparcha
 Ejus & Imperio Comitū, Gens rustica circum.

Hoc feudo. ligio, Siffrido (a) à Prasule quondam
 Investita fuit stirps Reifferscheidia, & inde
 (Quamquam per dotem ad Dominos Possessio Castrū
 Tum Lymburgenses Comites, tum Nevenar exim
 Transit) hunc hodie Comitatum in Iure priori
 Ob motum patriabellum, (b) post funera demum
 Iam dicti Comitū de Nevenar, obtinet usum
 De Reifferscheidia, Comes, Illustrū q̄, Propago,
 (Posteritas atq̄, dein) cui Iurisdictio nunc est.

Sētijc arma diu, Bedburg incommoda Martis, (c)
 Tempore preterito Comitatus Nobilis, Vna &
 Arx Comitū, nam prada fuit pretiosa supellex
 Auri ac Argenti, cum VVimmariensibus, Hassis,
 Et Suecis, patriam primo & vastantibus Arces,
 Amnistia dedit Pacem, Damnum q̄, resarcit;

[a] An. 1291. [b] An. 1585, [c] An. 1652.

STATUS

III.

STATUTS

III

ORDO
EQUESTRIS.

EGregios lustrare Equites, clarosq; Dynastas,
Nunc lubet, in quorum stat pectore nobile robur
Virtusq;. At quis Eques, Generosus, Nobilis ecquis
Censendus? num forte viam Virtutis inire
Cui Natura dedit? reor esse, quod assero, verum.

Nam si quod vera sub Nobilitate coruscat
Elucetq; bonum (si vera Boëtiÿ habetur
Mens) est quod solum videatur id esse necessum
Nobilibus, ne quid Patrum à virtute recedant
Degeneres, claris & qui natalibus orti,
Anteferendi alijs merito, meritoq; colendi,
Majorum si illustre Decus, si Encomia, Laudes,
Virtutes, Famam, bellè res deniq; gestas
Aut superare queunt, aut certè equare laborant.

Verè lex populi non est spernenda Rhodensis
Qua desciscentes Proavum à virtutibus olim
Exheredabat gnatos, sed maxima vis est
Nobilitatis, eos inter, quèis publica cura
Res fuit, & bellè gessere negotia, quiq;
Magnanimos vario belli in discrimine sese
Exhibuere Viros, hos nobilitate perenni

Nobilitas

ARCHID. COLON.

Nobilitat Virtus, Acies, & Vulnera chara
Pro solâ patria & populi suscepta Salute.

Hi sunt, ad seros qui gnaviter usq; Nepotes
Ius ex asse suum, Majorum stemmata, ceras,
Non modò transmittūt, sed stigmata, vulnera, crudæ
Atq; cicatrices ostentant, amula ut illis
Posteritas Patrum virtutes rite sequatur:

Nobilitas etenim debet virtutis habere
Concomitativa, & sunt hæc tum vulnera, tumq;
Stemmata; stemma quid est? nil quam virtutis avitæ
Symbolon, & verum patrij splendoris & usus
Prototypon, certo quo tanquam pignore, honestos
Ad mores, vitam, decus, Acta imitanda tenemur
Firmiter, ut Patrum vestigia trita teramus.

Vt duplici constat Respublica tempore, Pacis
Scilicet & Belli, simili planè ordine duplex
Nobilium Genus est, ad Bellum scilicet unum,
Ad Pacemq; aliud: Primum acri Marte tuetur
Imperij Fines, quos amplificatq; Secundum
Consilio juvat & Prudentia & Arte gubernat.

Hinc Romanorum pulchro fuit illud in usu
Nobilium, quod in hisce suos plerumq; duobus
Mirificè optabant Gnatos excellere, ut essent
Nempè domi in dandis pro reg; locog; probata
Consilij orâcla, foris fortissima belli
Fulmina, belligeri Pugiles & pectora Martis.
Cur ita? Nobilitas quæ virtus stirpis avitæ est,
Atq; pari passu cum libertate gradatim

ambulat

STATUS III.

Ambulat, & cuncta colitur quoq₃ Gente) volebant
 Clarorum post Fata Virum monumenta valere,
 Qui pro communi Patria tutamine vitam
 Liquissent; tererentq₃ Patrum Vestigia Gnati.

Hinc, audi, quarta quid cantet Horatius Odâ: (a)

Fortes creantur fortibus, & bonis

Est in Iuvencis, est in Equis patrum

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant Aquila columbam.

Virtutes patria, non consuetudo, nec usus

Nobilitant claros: Edelleut rite vocabis

Adlersleut/ Aquilam quod per sublime volantem

Pectoris excelso nisu sectentur, eamq₃

Defendant, teneantq₃ manu: Gnati estis Abrami?

Ergo opera Abrami facite: es Vir Nobilis? euge,

Non tibi Majorum sectari sufficit acta,

Curriculumq₃ sequi, quos concomitantur honores,

Sed Caroli Quinti facinus memorabile, summi

Magnanimitq₃ Ducis debes proponere forti

Pectoris atq₃ animi luctamine, nempe Columnas

Herculis, & gressum PLUS ULTRA figere, ad illam

Virtutem aspirans, qua dici Heroica possit.

Nobilitas etenim tanto plus laudis habebit,

Quanto virtutis plus adjungetur apito

Splendori, canit hoc bene noto in Carmine Vates:

Tota licet Veteres exornent undiq₃ cera

Atria, Nobilitas Sola est atq₃ unica Virtus.

[a] lib. 3.

I

Nunc

ARCHID. COLON.

Nunc ut Propositum nostrum tangamus, & illam
 Vincamus partem, nostro qua carmine tangi
 Debet, & Vbiaci stabilis Possessio fundi est,
 Eloquor: hanc unum producit nobile Membrum
 Archidiacesti, nimirum Clarus Equestris
 Ordo Statum format, qui tertius ordine surgit,
 Idq; vel ob generis splendorem, stemmatis ortum,
 Sive Dynastias propter possessione quarum
 Ampla per hanc sparsa est Ditionem, clarior unde
 Illustriq; magis Titulus debetur eidem:
 Syndicus, Hermanni calamo facundus & ore
 Doctor & Orator praclarus est Ordinis hujus.

Tales sunt namq; Heroes Dominatibus hisce
 Inq; Dynastijs, Summa, ac Media, Infima demum
 Rectores summos quos Iurisdicctio summo
 Et proprio de Iure colit, taliq; gubernant
 Imperio, his qualis jam dicitur esse potestas.

Ordine in hoc omnes patria tottus Equestri
 Conveniunt Equites, cujus mysteria verbi
 Germani, Gratiq; notant, nam Teutonius ore
 Gestit Eques Ritter, gratia vult voce vocari
 Ritter & haec vox est id quod Servator, utrimq;
 Quod Patriam virtute juvent, & robore servant.

Verum ne temere se qualificantis ad huncce
 Cuiuscunq; Statum Persona admissio fiat,
 Discutienda prius sunt stricto examine Signa,
 Armaq; majorum, tribus indaganda diebus
 Qua sum Collegio coram exponuntur Equestri,

Vt si

STATUS III.

Vt si contra habeat quicquam quis dicere, dicat;
Hinc ad Concilium, patriæ ad Comititia tales
Nevè admittuntur, nevè annumerantur, ab uno
Egremio donec solennia prævia, jusq̄,
Iurandum fuerit de consuetudine factum,
Tum generis splendor, Bona tum, Possessio tumq̄
In patria constant satis ante superq̄ probata.

His ita præmissis activum ex ordine ducunt
Primorum consensu, inter Comititia, votum,
Censentur patriæ Proceres, illustria Membra,
Iuribus, Indultis, Regalibus usq̄ fruuntur
Omnibus, Officijs gaudent majoribus, imò
Vectigali undam, venatibus arva ferarum
Libera, aperta tenent, antiquo ut more receptum.

Ista quid attingo? majora canenda supersunt,
Constituuntur ij (modò Martis & Artis in Aulâ
Egregij Pugiles excellentesq̄ probentur:)
Ambemanni, Satrapæ, generosi altiçq̄ Toparchæ,
Consilijs juncti Consulta Oracula promunt,
Et Mareſchallatus funguntur munere, magni
Aularum Præfecti, Assessoresq̄, creantur,
Ad summam metam, ad summos tolluntur honores,
Legati fiunt, Respublica gaudet ijsdem
Pro defendenda Patria Tutoribus, hastam
Aut hastatorum decursum, dicis, equestre
Tornéamentum agitant, reddunt seseq̄ capaces
Stemmatibus & generis si justa probatio fiat,
Ad Præbendarum dona Ecclesiastica, in Aris

Metropolitani

ARCHID. COLON.

Metropolitanis, Cathedralibus Aedibus, inter
Quos etiam magni Proceres, magniq³ Monarcha
Suspiciuntur, & hac pro conservamine prisca
Laudanda est hodie multum observantia stirpis,
Germanos inter, quibus haec antiqua probantur.

Ordo Nobilium, fulgens Equitumve Corona
Est ager omnigeno completus semine, de quo
Praecipua Imperij vires prodire videntur.

Hinc quando nulli communi in plebe supersunt,
Praeclara Generis qui Nobilitate, Graduque
Excellant reliquisq³, sicut dominarier apti,
Magna, solet passim fieri confusio rerum,
E contra vero certum est ea Regna vigere,
Esse beata, etiam dici immortalia, per quae
Nobilitas numerosa micat: sic Persia, dico,
Cum modo Tartaria, Saracenorumq³, furore
Sub tumidum fuit acta jugum, virtute frequentis
Nobilitatis (idem cujus plenum undiq³ regnum est)
Libera ab externi facta est dominatibus Hostis.

Tantum Nobilitas pollet, tanti illa putatur,
Plebeisq³, etiam longè praefertur in omni
Iudicio, Voto, Confessu, Consilioq³,
Militia, gressuq³, Fide, Republica, & Aula.

Iam quia jura tenent quam plurima, crebrius inter
Quae sese praebet, venandi jus vel agendi
Sectandiq³ feras, civili jure cuivis
Permissum, quae terra quidem patet unda, vel Aër,
Tamq³ Locus proprius, quam publicus: inde severa

Sub

STATUS III.

Sub pœna vetuit Fridericus, retia silvas,
Publica perq̄, loca, & terram disponere, causâ
Venandi, laqueosq̄, alia instrumentaq̄, ferre.

Postea Principibus, Patriæ primoribus, atq̄
Nobilibus, Dominis Terrarum, legibus æquis
Edicto generali etiam jus omne per omnem
Venandi terram cessit, perq̄, alta statuta
Illud ademerunt subjectis, nempe Colonis
Quæ naturalis sic juris ademptio non est
Injusta, idq̄, quidem quando præscriptio longi
Temporis atq̄, vsus accesserit, immò probata
Germano-antiqua sit consuetudine fuita.

Hinc belli rerumq̄, comes venatio bellè.
Dicitur, & veterum summè est laudata virorum
In scriptis, etenim sub primam surgere lucem,
Ire, Equitare, vehi, densos percurrere saltus,
Observare feras, jaculoq̄, laceffere, frigus
Imbriferamq̄, Hiemem, ac summum perferre calorem
Sæpe Famem, junctamq̄, Sitim tolerare necessum est.

Magni olim venando duces (quos inter habetur
Magnus Alexander Macedumq̄, monarcha) per annus
Sæpe levamentum oblectamentumq̄, suimet
Corporis atq̄, animi cepère, etate sed ista
Hac nostrâ pleriq̄, Duces, Proceresq̄, paternum
Armatâ jus venandi defendere dextrâ
Occipiunt, adeo, ut consortem ferre recusens
Externum, summoq̄, suæ discrimine Vita
Venatu invigilant, silvas & lustra ferarum
Atq̄, feras ipsas in noctem à mane fatigant,

Nunc

ARCHID. COLON.

Nunc quia feuda insunt Patria quam plurima, nēpō
 Per bona Nobilium, discurrere pauca libebit
 Desuper, a priscis sunt moribus orta Quiritum
 Feuda, etenim ex illis pars magna remansit iisdem
 In patrijs, quēis tunc Agros fundosq; subinde
 Vsq; Clientelæ sub nomine Romulus atq;
 Romani concesserunt, hinc bellica jura
 Sunt quasi, Feuda, tamen proprio sin utere sensu,
 A Fide, & à fido præstandi munere feudum
 Dicitur, estq; Fides hæc subsistentia Feudi,
 Vox etiam alludit Feudum de fœdere dici:
 Sit quodcunq; volet, Feudum est immobilis ipso
 Prompta Rei ex animo concessio, sive facultas,
 Utile jus Fundi bene transportando, retenta
 Proprietate, sub obsequijs promptaq; volendi
 Mente, Fideq; suo quam jure Vasallus avito
 Præstat Hero. Vbiacus sic Archi-Episcopus intræ
 Archidioxesin sibi plurima Feuda reservat,
 Hæcq; Vasallorum confert pro tempore in usum
 Elector quoties novus intrat, sive Vasalli
 Post mortem, Feudum de possessore suummet
 Transit ad Hæredem, qui Proprietarius extat.

Masculæ hæc inter quadam, sed pauca, vetusto
 Iure quidem, verum promiscua cætera sunt,
 In quæ succedunt Gnate, Agnatiq; propinqui,
 Longinqui fuit hæc Processus causa, sed inter (a)
 Archipatrem atq; Statum conventum est nuper Equestre
 Desuper æternum valituri fœdere pacti.

[An.] 1660.

Hæc

STATUS III.

Hac etsi nimium sit res Indaginis alta,
Vt pote quam multi scriptores fusius urgent,
Hanc tamen hic placuit paucis attingere verbis.

Sufficit ut Patria hæc tali ditetur honore,
Hocq; Vasallorum numero, quos cernis ubiq;
In quovis casu constantes atq; Fideles.

ARCHIDIOECESIS COLONIENSIS SEDES NOBILIUM.

Nobilem Sedes cum possessoribus intra
Archidioecesis nunc accipe in ordine; primò
Bonnensis Satrapia subit cum Turribus, atq;
Turribus antiquis, Status hic quæ continet una:
Endenig, hoc Haussten, sed nunc VVeix possidet illud;
In Ramelshoven Metternich, Spiessq; reservat
Burstorff: Nesselrath Deustorff: Morenhoven
& Horrich,
Et Gymnich Rheindorff, Goer Meutinghoven
& Ilem:
Dottedorff Enschring; Gebertz hahn Hemmerig,
estq;
Schall Lufftelbergæ Dominus, Possessor & Hæres:
Walpot Bornhemij vicinis regnat in arvis,
In Vilich Blanckhart de Goehoff percipit vsum.
Alfter habet Roiltorff, quod VVolf sibi vèdicat usu,
Transdorff Lyskirchen, Poppelsdorff possidet &
Reck. Brulen

ARCHID. COLON.

Brulensis Satrapatus adest, primog₃ videtur
Kendenig, alta domus, quã Frens sua jura gubernat,
Kuilskeck trans silvam Domus hæc procedit ab illa,
Metternich Metternichij possessor ibidem:
Herschel Vochemium, Sedem & sibi vindicat Arcẽ,
Quad servat Rendorff, Palmesdorff Zyveifel, &
ultrã

In Kitschburg Wolfskehl, Cleburg modò
Gymnich adintrat;

In Sechten Siegen, Nesselrath, Efferen & Frens,
Weis Bellinghusen, Geisendorff Gailius optat:

In Glevvel sedere olim Schall: sed modo Collen:
Teutonicum Her-mulheim Castrũ se tollit in altũ,
Et Wilersviftum Ioannis possidet Ordo:

In Schvvadorff Schall est, regnatq₃ in Keldenig
Anstell,

Pfeil de Scharffenstein Hornbell nunc promoves,
atq₃ in

Weidestorff Brassart vicina est Incolaterra.

Lechenio transcendo vias, villamq₃ Nemusq₃,
Frens se presentat, quã Frens Stablbergius Heros:

In Gymnich Gymnich, Dirmetzheim Gymnig
& optat,

Grachtam de Metternich VVolfex jure vetusto,
Loh Conradshemium, Quad Buschfeldt incolite
Arcem,

In Bergerhusen Bongart, Scheiffartq₃ Merode,
Reuschenberg Blatzheimb, & Reuschenbergus in
Erpe est, Zyveifel

STATUS III.

Zweifel & Erpe tenet, Fläs Alderodtq; gubernat,
 Mulhemij residet Schall Bell sed Boulig abidem:
 In Boulich Mulstrob: Busch Hall sibi jure reservat,
 In Bulleshemio Bourscheidt utroq; coruscet:
 Freishemiū Stolberg, Hohē Eck, Beyvvegius intrat,
 In Muggenhufen Schellart sibi vendicat Arcem,
 In Muddershemio regnat Kindtsvveiler, & inde
 In Meyl Quad Dominus, Röckell ac Hertzgē adaugēt,
 In Flertzheim Schall est de Bell, Possessor & Arcis,
 Atq; Heimertzhemiū nunc Horst de jure tuetur,
 Balteq; cum Kriegshoff Buschmä sustollit in altū,
 Meckenheim tenuit Meckenheim b Vrbe modernā:
 Harffius & Sintzig, Weis Vettelhoven adequat,
 In Sahra Blanckart Dominus: vocat Ara suprema.

Creutzbergā Leyen, Quad jam sibi quæsit omnē:
 Weis, Bourscheidt, Blanckart Ahrvveiler in Vrbe
 coluntur,

Putzfeld in Calmuth, Metternich Staffel & in
 Pruck,

Kessel de Putzfeld: gradior perq; Hardica Rura:

In Vischel Gymnich, Weix, Crummel Weyer
 adoptant:

In Cochenhemio Roist, ac Godenouius alter.

Raitzheim Metternich, Spies Kirspenig: Horffius
 Arlouff:

Zur Muhlen Metternichius sua possidet Arva:

In Ringsheim Forst de Lombeck jus quæsit omne.

Hinc Andernacum gradior, quod mœnibus intro:

Bina

ARCHID. COLON.

Bina Domus, veteri, hac una spectatur in Vrbe,
 Vnam de Leyen, unam sibi vendicat Hauften:
 Hic Satrapia venit Namedy, quod propriat Husmä,
 A Saffigh von der Leyen conscribitur, atq;
 ARheineck Comes à Sintzdorff, Burggravius altus.
 Walpot ab Olbruggē, Huls Metternichq; tuetur.
 Ad Lintz descendo, in Lubsdorff Selbachius, atq;
 In Dadeberg Lulsdorff, antiquo jure fruuntur,
 In Breidbach Breidtbach, veterem si transeo Wedā,
 Stockhusen cerno, quod Nesselrodus auget.
 Ehrenstein propriat sibi Nesselrodus à Stein.
 Devehor inferius Rheni de montibus, intrans
 Gudesbergensem Satrapiam, Melhemiamq;
 Drachenfeltz surgit Rheticonum in monte superbo,
 In Gudesberga Meckenheim sede quievit:
 Nesselburgese Metternich esse fatetur,
 In Muffendorffo Stein à Tricht jura reponit:
 AGodenavv VWalpot Dominus conscribitur Hares;
 Inq; Odenhusen confedit Distelin usq; huc,
 In Berikum Hillesheim fructumq; recepat & usum:
 Hulckr adij ad fines propero, mox Anstel in Anstel,
 Frens in Neverburg, Bourscheidq; resurgit in
 Hœning,
 Harffin Velbruggen, Blittersdorff claret ad Arffcā,
 Keuschenberg Selikum, Laudolff sua promovet in
 Luisch:
 Munchhausen Leyen; Hœsteden Schlauchius
 intrat:

In Dielrath

STATUS III.

In Dielrath Liecken sedere à tempore longo:
Hall in Gleen splendet, Comitum quo jura recurrūt;
Fines attingo, Bedburgi in partibus, una hic
Arx Gerardshoven, quam Ketzgin possidet, altrā
Fleisteden, quam Frens olim servavit & ultrā.

Hic Lydbergensis Satrapatus surgit, in hoc se
Lovvenburg offert, quā jus habet Hœvelig amplū:
Frens in Kleinenbroich, illic quoq; cernitur Hoffū,
Deutz zu der Kouhlen; in Gultouff Frens, quoq;
Murbach;

Dort Horsti Dominus: Steinhause possidet Heister,
Fuerdt colit Hochkirchen, Kalckum Loveburgq;
tuetur:

Schlickum est in Schlickum; Metternich Ræde
reservat;

Holtz colit & Brachel, cujus possessio salva est:
Frens Odenkirchen regit, is Possessor & Arcis,
Altenbrug Mulfort: Fuerd Sahr, Guderodtq;
Nivelstein:

Kempensem accedo Satrapiā, Oedamq; p̄pinqūā,
Virmundt in Nerssen, Wachtendonck floret in
Hulsdonck;

Ducker in Altēhoff, in Mærshoff Linzenig; atq;
In Gastendoncka, simul ac in Roede Nivēheim:
Roist in Malshovē; Bolvverck Holthausen dauger,
Capellē Broichaus; VVeyenborst permanet in Dück
In Niersdöck von äer Pfortzē, sedet Efferē in Forst:
Brienē habet Clærath; Bisterfelt Morian ornat.

Finem

ARCHID. COLON.

Finem Lynna facit, vicina Vrdinga^q, totum
Cernere parte datur, licet hic descriptio non sit:
Lyntzenig in Scalckum; Gripsvalt sibi vendicat
Holtorf,
Clauth Solbrug tenet, Haen Backum conservat
& implet,
Offenbroich Boecküb: atq³ Offenbergius in Broech,
Quad Koléburgū colit, Ass dominatur & in Kyrst:
In Lathū Bavvr est, Zoppenbroch Quade tuetur,
Cernitur Huerdt in Velch: Norprabt Dickhoven
amavit,

Preuth Kaldenhausen servat de jure vetusto:
In Dreven Bernsavv: sed Metternichius in Rath:
Lynna tenet Backhoff: Brébthof Vrdinga reservat.
Nobilis en Rheni Tractus de Iure vetusto
Nobilitate simul cum stemmate fulget abundè,
Nobilitate, inquam, radiat, veneratur honore,
Transéo jam Ruras: Æmsuri & flumen, ad altram
Archidiœcesis partem, quam cernis ibidem.

VESTÆ RECKLINGHVSANÆ
SEDES NOBILIUM.

Sv Nesselrodij est tutela Praesidis Herren,
Sfonderen Arx ampla est, quam Brembt sibi
vendicat, atq³

VVesterhols

STATUS III.

VVesterholt Westerholti optat nomen & omen,
Reck & in Horst residet. Flebergh quoq; possidet idē,
Geisenburgh Heinrichsburgum, Keyhorstque
reservat,

Dob Vogelsangū: Berg Balckē Boenen adopta:
VVestrem Gutacker: Droß Becke, in Closteren
est Groll,

Quad Loringhoven: Freytag Schorlingen: &
ultra

Brabeck in Brabeck, Hackfurt simul obtinet usu,
Aschenbroich Maleburgū: sed Raesfeldi^o Hammū,
Ham tenet Hammum iterum. sicut Loh possidet &
Loh:

Loh rursus knippēburgū, Graef Hassel adintrat,
Versabe Ober-Felding, sed Dael & Daelius auget,
Atq; Overlasker zur Leyte. hic Nobilis omnis:

Accedit Steckenburgum: cum Repeler, atq;
Dringenbroch, Nyrinck: Vetten Bocholtzq;
subintrat.

Cum V Vilbrug pariter, Sedes has accipe Lector.

DOMINATVS NOBILIVM. SÆCVLARES.

Atria Nobilium Dominatibus hisce profanis,
Quos legu, elucet: Bornheim cum Kentenig,
atq;

Keldenig

ARCHID. COLON.

Keldenig, & Kenthen, Gymnich, Meyl, Lyblar, &
arvum

Lufftelbergiacum, Lufftildi in monte beata
Sacratum quondam, Vifchel, Merl, Saffig, & ultra
Muddersheim, Muggenhausen, Odekyrchag,
Quatrach;

Wilersvviſt, Vettelhoven, Lynde, Nersſen & Anrath,
Niderdriſſa, Wilich, Drachensfels Petra Draconis,
Horſt propè Lydbergam, Seurſch, Heimertzheim,
quoq; Sabra,

Vvensburgumq; Vbijs loca dicta videntur in oris;

ARMA,
ET
INSIGNIA.

INSIGNIORUM si quis Originem
Deſideratis ambiat uſibus,
Evolvat Annales, vetuſti
Historicos adeatq; ſæcli.
Ex his patebit Cæſaras arduos,
Duceſq; ſummos militiæ ſuis
Mandaffe turmis, ut ſuomet
Quisq; ſuum in Clypeo notaret
Certoq; ſigno Nomen, & agminum
Reſtoris, ex quo Lemmate colligi
Liceret, Hero o quis auſu
Aut trepido ſtererit tenacem

Adverſus

STATUS III.

Adversus Hostem, Post vice Nominum
Certas Figuras, certa que Symbola
Exsculpta gestarunt in ARMIS,
Alterutrum quibus, absque fraude
Distingueretur Militis, & sui
Nomen Stategi. INSIGNIA cernimus
Partes adhuc ætate nostrâ
Congenitis solida in Pyzeticis
Explere vocum: & pluribus in locis
Affigi, utrimvis prospicientia
Aulas, & Aras in perenne
Prototypon Monumenque rerum,
Hinc evidenter, nil aliud, patet
Monstrare primùm INSIGNIA nobiles
Quam ritè Personas, quibuscum
Nata, vel appropriata, surgunt.
Verùm quod Ortum Nobilitatis, &
Illustrioris stemmatis attinet,
Fatemur, & quidem lubenter,
Præcipuum Titulum, Gradumque
Non absque summo Nomine Regiam
Dici potestam, sed Comitum, Ducum, &
Magnorum Equestri stirpe Patrum
(Imperij moderator olim
Dum Ludovicus Tertius) ardua, hi
Gradus, fuerunt, munia: Cæsaris
Otonis ævo hæreditatis
Quæ Titulum sibi jusque nata:

Et

ARCHID. COLON.

Et quotquot armis conspicui Viri
Stetere primo in limine prælij,
Bellæque res gessere Belli,
Nobiliumve Equitumve Nomen
Illustre sunt nacti, & sibi maxima
Et Hoste victo Encomia nobilis
Claræq; quæsi vère Famæ,
Quam Comitum sibi legit Ordo.

(STATVVM)

DEPV TATI.

- 1 **O** Eckhovijs Juris Doctor prait, isq; disertus
Metropolitane Syndicus Ecclesie est.
- 2 **A** Comitū parte est Beyvvegh, qui grande tuetur.
Nunc Vice jus Comitū, Principis arbitrio.
- 3 **N** Obilitatis Agens presenti tempore Schall est
De Flertzheim, qui illū deputat usq; Statū.
- 4 **C** Ronenbergh Doctor, pollens sapientiâ, amicū
Os Urbanorum est, Consiliūq; Dator.
- 5 **H** Is Generalis adest Statuum, Patriaq; Receptor
Strevestorff, calamus scribere plura vetat.



STATUS
IV.

STATVS

.VI

I.

ANDERNACVM:

NVnc Vrbes recto contingimus ordine, quarum
Prima ANDERNACVM surgit, celebrisq; Te-
loni

Importaturâ Rhenana vbiq; supremum
Archidiœcesis caput est, Provincia ad oras
Rheni Metropolis: reliquis ex Urbibus illa
Ius habet, ut (quoties summus pro tempore Præsul,
Electo patria princeps Comitum Bonna
Conscribit, scriptisq; simul grauiora Dynastiis,
Scilicet Ordinibus proponit pondera) clara
Directrix Rhenana loco sit prima per Vrbes.

Partim Nobilitas, civilia Corpora partim
In dictâ faciunt, solidantq; noyantq; decentem
Urbe Magistratum, succedit quolibet Anno
Vnus Ciuili, verum alter Consul Equestri
Dicitur è cœtu, sic pulchrum ineunte Senatum.

Hæc inter cunctas Vrbs antiquissima flores
Archidiœcesis, quam retrò secla priora
Romani occasum versus propè litora Rheni,
Contra Germanos bellantes, solis ad ortum
Struxerunt, quando Romana potentia primò
Tantas Augusto capiebat Cæsare vires,
Occidua ad Rhenum, pars defensua quod esset
Finibus vsq; suis: quingentis longius annis,

Impe-

ARCHIDIOECESIS COLON.

Imperij exemptis Germanis Rhenu ab una
atq; alia Gallis fuerat disjunctio parte.

Nunc, ut tam celebris, qui Rhenu ab Alpibus exit,
Ad defendendum, debellandumq; rebelles
Inq; ascendendo descendendoq; carinis
Cum modis multa tulit, Romanis vsq; maneret,
Filius Augusti belli Dux Drusus ad imam
Hunc juxta fluvium summis de partibus oram,
Quinquaginta vltra monumenta locavit, & arces,
Inter quas, etiam preclara fuisse leguntur
Oppida cum Castris; & plura tacendo priora
Ad partem occiduam, Rheni qua jungitur vndis
Ipsa Mosella, subit Turris, Naco, Antoniacum,
Brisiacum, Ara, Renomagumq; Genesia regis,
Hinc quondam Verona, alias Bona Castra, vocatur
Iam Bonna, Archipatris Residentia, post Vicelinum,
(Transeo Agrippinas Romano jure Colonos)
Marconium surgit, Buruncum, Durmagiumq;
Novesium, Drusi qua mox nova Castra fuere,
Gelduba, & Calo, Aschburgum, Albiniana, Vetera,
Prater Agrippinas, Vbie se cuncta subesse
Hec scribunt Patria loca, magni qua Via Drusi
Olim Romulidum Ducis, atq; exercitus vltra
Ad debellandum Frisios, populosq; Cheruscos
Ductus ad Oceanum fluvium propè littora Rheni:
Vnde Dioecesis quondam hac Ripuaria dicta est.

Et nullo dubitante licet, quamplurima tali
Castra Dioecesi fuerint comprehensa, suomet

Ista

STATUS IV.

Ista loco tractanda dabo, quia nullus eorum
Nomina sat claris expressit versibus author.

Hoc verò antiquis extat memorabile scriptis
E Castris istis, Romanorumque stativis
Oppida paulatim, Martisque è sedibus Vrbes
Surrexisse, inter quas Prima fuisse videtur
ANDERNACUM, at nomen huic quis fecerit Vrbi
Author, & undè, gravis lis est, nec dicere tutum.
Hac tamen est multis mens & sententia, quodam
Ex Antonino nomen venisse, sed istud
Sint utcunque velint, antiqua hoc tempora certum est
Nomen amasse diu: poterit tamen omnis ad omnem
Desuper ornatum discurrere, qualiter olim
Fecerat, istud huic qui nomen contulit Vrbi,
ANTE-NACUM, cuius vis vocis & Emphasis hac est,
Quod patet, ANTE NACUM: Rivo quia scilicet isti
Antejacet, terra Meinfeldi è saltibus, Vrbe
Haud procul à media qui manat in organa Rheni.

Hanc alias * Primus Fridericus nomine. firmis
Turribus & Muris Dux Archiepiscopus urbem
Muniit, atque ipsam Indultis plus mille beavit.

Hi Pagi Mysenheim, Kehl, Namedyque propin-
quum

ANTENACO subsunt: Mysenheim undique circum
Atque in vicinis Meinfeldi partibus, imà
Effodiuntur humo grandes pulchrique molares,
Qui Nautis multis & Mercatoribus empti,

Ad

* An 1109.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Ad Rheni ripam per tympana versa rotantur,
Puppibus aptantur, Batavæque vehuntur ad oras.

Ast propè Kehl, inter montes insigne videtur
Carmelitarum, Antonisstein nomine, Claustrum,
Acida diversis præbens medicamina morbis
Quà salit unda, hujus sanos æstate liquores
Multa cæterva hominum, longæque jacentibus, immod
E queisunque locis confinibus aecola mitem
Haurit in agrorum curam, potumque diurnum.

Ad Namedy festino DEI de Nomine nomen
Quod sibi congeminat, nam postquam Magnus aper-
tum

Christicolùm primus se Constantinus in orbem
Duceret, ut justo Maxentius ense Tyrannus
Cumberet, & cunctum Romani Militis agmen
E Britannorum Germanorumque coævis
Finibus, undantem sibi collegisset ad Aram,
Præclarumque Crucis vidisset in aëre Signum,
Quod certam spondebat opem, certosque triumphos,
Fulva characterum circum lucente per astra
Lemmate, IN HOC SIGNO VINCES (fœlicius
omen

Nulli unquam affulsit Populove, Urbive, Ducive)
Hinc hominum mens illa, loco quo Numine Divum
Stat Namedy, fausto Romanis æthere signis
Arma execrantem gentilia, nobile summi
Inscripsisse DEI nomen, quod clarius extat

STATUS IV.

In Constantini cufis valido are Monetis,
Hocque notat Labarum Christi venerabile Nomen.

Iam veluti Sintzig, de quo post mentio fiet,
Hoc habet ante Vrbes Pagosq; Encomion omnes,
Illic ut primùm Vexilli ostensa figura
Sit Constantino, quo nunc Ecclesia gaudet
Cum Cruce prefixâ: Satrapatus sic quoq; pollet
Andernacensis, Namedy specialiter isthunc
Laudis habere gradum, quod ibi ter maximus Orbis
Primus Christicolam Caesar laudabile Christi
Excusum Nomen Labaris insculperit, idq;
Perduraturo mandarit inesse metallo.

Qui predictæ Urbis supereff Situs, ille deorsum
Ad Rhenum Baccho est parti in secundus, abundat
Partim clivostis ligniq; feracibus arvis,
Circumdantq; latus pregnantia gramine prata.
Indè Monasterium, Benedicti ex ordine distat
Vix horâ, Lach nomen huic, quod vidit in alto
Suprà millenum propè nonagesimus Annus.
Pulchra virent etiam circum, pomaria, muros,
Collegiumq; illic Divi prænobile * Thomæ;
Sursum planus ager, spatio quâ circiter horæ
Distat ab Vrbe, locus, Turris quæ dicitur Alba:
Arippinensis capit hic exordia, jusq;
Archidiceffis, cum pluribus auguror illum
Hunc facile esse locum, de quo canit Ethnicus Author
Qui Lulianis fuerat tunc miles in armis

Mar-

* Cantuariens.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Marcellinus, eum, Iulianum nempe supremus
 Dùm Constantini Magni Legatus abiret
 Adversum Francos, atq; has venisset in oras,
 Qui transrhenanis V Vesteryvaldensibus orti
 Finibus, hinc omnes juxtà Rhenumq; Mosamq;
 Vastassent Vrbes, solidam hanc reperisse per omnes
 Illesam Turrim, Treuiros interq; Colonos,
 Quæ divisiuo distinguit limite dictas
 Agrippinatum Trevirorumq; vnica gentes,
 Parte in utraq; datur Ius cernere Principis armis.

Antè fuit dictum: Friderico à Præsule primo
 Qui locus hic primùm fuerit conversus in Urbem.
 Ingenti numero Sueui dùm militis Agmen
 Vsq; per Vbiacam prædando, furendo, necando
 Archidioecesi debaccharetur, & ignes
 Flammarumq; globos vicina per oppida ferret,
 Archipater Fridericus abit longè impare turmâ
 Ad sibi subjectos populos Patriamq; tuendam,
 Et fausto hostiles mactat mucrone phalangas.
 Maxima pars ferrum sensit, pars cætera Rheni
 Fluctibus hausta fugam malè consultando parauit.
 Hinc aded celebris devicto ex hoste Triumphus,
 Quem tulit hic Præsul Superùm moderamine juxtà
 ANTENACUM (qui Pagus erat tum tēporis) ansam
 Præbuit, ut fossis Vicum hunc solidârit, & altis
 Turribus & Muris cinctum, Indultisq; potitum
 Auxerit, * atq; ultrò pulchram mutâr it in Urbem.

HANC

* An, 1107.

STATUS IV.

Hanc Dux Baudisus Guilhelmus Marte cruento
 Insanum tristi Suecorum tempore frendens *
 Presit, & oppressit, crebrisque excursibus agros
 Infestos Vbiorum habuit pradando, sed Anno
 Posteriore serox Suecorum exercitus Urbem
 Liquit, & inde Sui fuit huc in Principis usque
 Vrbs servata manu, atque hodie servatur Eidem.

* An. 16; 2.

II.

NOVESIUM.

NOVESIUM quondam, quae post Vrbs Nussia
 dicta,

Archidioecesis Caput est, quam circuit unda
 Inferior Rheni tractus Comitum primo
 Ingressitur voto, Ripa vicina jacebat
 Antea, qua Rivus lunarem dictus Anarpha
 Inluit in Rhenum, sed nunc à Flumine multum
 Ob grave murmur aquae, collectanteisque procellas
 Divisa est, hodie quamvis petat Eruatis Urbem,
 Circumagatq; molas portarum limina subter,
 Et tali lapsu, binis quadrantibus hora
 Dusseldorpiacum contra, Rheno inferat undam.

Hec in Romano jacet Vrbs longissima fundo,
 Lata parum, hic nutrit secundos frugibus agros,
 Et Rivo excellit: qui Crura vocatur ad Arpham,
 Crura, quod insolitum, contra decurrit aii ortum;

ARCHIDIOECESIS COLON.

Ast illic flumen viridantia prata coronant,
 Quà fracto è Rheno ductus fuit antè Canalis
 Kehl dictus gravior naves quo mercibus Urbem
 Attigerint portuq; iterum sint inde soluta.

Ast Romanorum dùm tempore Claudius, ille
 Civilis, Rheni Sociis habitantibus oras (a)
 Teutonia populis, Frisia de gente profectis,
 Et Velavv, & Betavv, vicinofq; inde Gugernos,
 Quæ loca Romulidum profectus jure tenebat
 Petilius Cerealis, ovans cepisset in armis,
 Geldria quàm nunc est, & Clivia, jamq; studeres
 Vndiq; Gallorum fines, Rhenoq; propinquas
 Romani Imperii ferro sibi subdere terras:
 NOVESIUM verò, quàm Drusus tempore summi
 Caesaris Augusti Castellum jam antè locarat,
 Romanas partes sequeretur, & arma Quiritum,
 Ille, quod Annales referunt, exercitus apto
 Hic Nova Castra loco paulatim extruxit & Urbem,
 Erectumq; simul Drusi molimine Castrum,
 Quod modò suprema nomen fert porta Maria,
 Duplice munivit muro, vastisq; novavit
 Turribus, undè Novi quasi Castrum à nomine nomen
 NOVESIUM retinet, quod post transivit in Urbem.

Hec (b) Nordtmannorum subjecta incendia sensit,
 Extremamq; illi bellum crudele Ruinam
 Attulit electus Caesar (c) quod gesit uterq;
 Otto jure suo Quartus, luctante Philippo.

Insuper

[a An. 70.] [b An. 881.] [c An. 1205.]

STATUS IV.

Insuper Vrbs eadem sevisima bella subivit,
 Quando (a) Palatinus Comes, Archimista Rupertus
 Cumq; Pedro regimen, Prælatumq; tenebat;
 Hujus enim voto Carolus Burgundius audax
 Annali jam dictam Urbem obsidione premebat,
 Landtgravius verò Hassorum, qui postea factus
 Elector Princeps Hermannus, Rector in ista
 Archidiecepsi, mirando laudis honore
 Conservabat eam; Fridericus Tertius indè,
 Cæsar commotus tam pressam exemit acerbâ
 Obsidione Urbem, Sanctus Bonifacius (b) orbe
 Quando colebatur, Carolus tùm solvere cæstra
 Cæsaris accessu, pacemq; precare coactus,
 Vrbs tunc Indultis, multisq; fauoribus aucta est.

Nempè Magistratus cudendi in signe Monetas
 Ius habet, & rubrâ signandi dogmata cerâ;
 Nundine in hac vnum memoratâ quinq; per Annum
 Vrbe celebrantur, Civis non cogitur extris
 Sistere judicjs, Gladij jus obtinet amplum
 Consul uterque Regens, fasces portantur ab ipsis
 More Quiritorum; invento qui crimine dignas
 Constituunt pœnas, & sacram vindice justo
 Iustitiam exercent vitæq; necisq; Magistri.

Nustiaco in Bourbahn liberrima civibus extat
 Vndiq; venandi per quelibet arva potestas,
 Exemptiq; Vrbs sunt vectigalibus omnes.

Vrbis, quod superest, auratam Insignia gestant
 Nigro

[a An. 1475.] [b An. 1476.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Nigro Aquilam, campōq₃, rubro Crux discolor alba est.

Ad confirmandos hos, diva Indulta, fauores
In patulo ore Fori, Caesar Fridericus in are
Tertius exsculptus, Statuâ sublimè videtur.

Func etiam in gratum præcepta ex hostibus Urbis
Symbolon, ante, die Veneris, quàm spiritus almus
Orbe colebatur, primùm processio sumpsit
Annua principium populo comitante fideli:
In cuius Robur Sixti indulgentia Quarti
Mille octingentis, quadragintaq₃ diebus
Concessa è Bulla est cunctis, præsentia quorum
Hoc festum exornat: summum stat Martyris illic
Delubrum sancti Bellatorisq₃ Quirini
Ara, Theodulo qui concomitante tribunus,
Cumq₃ Alexandro Papa * cumq₃ Hermete Romæ
Præfecto, reliquisq₃ sacro Baptismate lotis,
Aurelianeam truculenti ludicis iram,
Ex Hadriani olim mandato Caesaris hausit,
Tormentisq₃ grauis Christi pia dogmata pandens
Martyrj palmâ succinctus in astra tetendit.

Martyris hinc Templum, cuius celsissima turris,
Munster ab antiquo condictum nomine, quondam
Hoc e Monasterium Benedicti regula sanxit,
Cuius adhuc habitus criptâ tabulatus in imâ est.
(Tempora mutantur) mundanis jam Canonesis,
Stemmata præclaris, dos est hæc nobilis Aedes;
E Caroli Quarti rescripto, causa probatur,

Sacri-

* An. 116.

STATUS IV.

Sacrifici numero quatuor, Missæq; ministri.

Hoc Comes è Clivia Delubrū Eberhardus, * & eius
 Coniux Berta, alto Caroli de stemmate Magni
 Struxerunt, binusq; jacet tumulatus in illo
 Fundator Templo, Crucis ante Altare, sepulchrum
 Hoc Comitis monumentū Eberhardi dicitur; Anno
 Quo Bruno à Dagsburg Vbia qui Presbyter Aedis,
 Et post Tullensis Præsul, Papale Byretum,
 Cumq; Pædo imperium captabat. & usq; tenebat
 Pontificis Noni Nomen sublime Leonis:
 Iamq; profecturus Romam sociare sororem
 In comitem Gepam placuit, quam Nussia primam
 Vrbis Abbatissam voluit, donata fauore est
 Fratris jam Papæ, sancti cum Martyris illic
 Reliquijs, quas illa (a) redux hinc transtulit usque
 NOVESIUM: talis Translatio quandò recurrit,
 Aut Festiua dies: quamplurima turba quotannis,
 Devotum verè affectum, cultumq;, piosq;
 Impendit ritus, solenniter vsa supremo
 Patrono, magnum quem jactat Nussia Divum.

Nussia Causa fuit, Carolus dùm linqueret Urbem,
 Cum Fridrico etiam mox Casare fædus iniret
 Pacis, ut (illius cùm filia sola Maria
 Vnica regni heres, data Nato Caesaris uni est
 Maximiliano, divus qui postea Cæsar) (b)
 Hoc per connubium sese Provincia oranti
 Austriacæ Domui, tutela, armūq; jugoq;

Sub-

* An. 825.] [† An. 1049.] [a An. 1050. 30. Apr.]
 [b An. 1486.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Subdiderint omnes, queis se Burgundia fulcit
Inferior, regio Belgis habitata colonis.

Hic pro Nusiaco, dolore cheu! gloria cessat.
Post Salentinum Comitem noua bella parantur,
Archidioecesi, nouus exit ab ere tumultus,
Relligione domus, Araeq; sociq; petuntur,
Neglecta excubijs, Neuenaro Nusiaprimam
Prada (a) opulenta fuit, verum mox Vrbe potitâ
Militis Hollandi cunctos truculentia cives
Territat, insano frendent Batava arma furore,
Parcitur haud sacris, spoliantur honoribus Ara,
Aurati calices, argentea pocula, vasa
Gemmea raptantur, pretiosaq; cuncta sequuntur,
Que reputata ultra bis centum millia in auro.
Moxq; Gubernator Fredericus Cloetius intrò
Strenuus armatur, pagi vastantur inique,
Vb i tractus vario quoque Marte premuntur,
Hic rursus tandem Princeps Ernestus, ab altâ
Elector Cathedrâ miserando motus ab asse,
Hispanam implorat dextram, Parmensis ab indè
Mittitur electis pro Relligione tuendâ,
Seruandaq; fide, laturus robora turmis,
Hic audax animi quatefactis incensibus Urbem
Impetit, & Divi triduanus luce Iacobi
Intrat, & Ernesto Domino (b) mox reddidit illam.
Cloetius imprimis veluti de iure rebellis,
Altâ suspensus violator fauce fenestrâ est:

Vrbem

[a An. 1584.] [b An. 1586.]

STATUS IV.

Vrbem flamma vorat, civis consumitur omnis,
Omnia vastantur crudelibus obruta telis.

Transeo praesidium (a) Mileduncki, sistere anhelans
Civibus ejectum, restat, quod caetera tangam,
Hassorum (b) rabiem, quam nuper Nustia sensit.
Pace datâ Imperio sua pristina jura recepit,
Pacifico hinc fruitur jam sidere, gaudet avita
Relligione: Deo sit gloria lausq; perennis.

III.

B O N N A.

Electoralis, BONNA, est primaria Sedes,
Archidiœcesis Cancellaria suprema,
Consilium, Archivum, Rectoratusq; triumphat.
Iustitia usque Reo, Viduis patet atq; Pupillis.
Vrbs etiam dicta est Veterana Voconia, quæ post
A Comite Hochstedio Conrado Antistite (c) cinctâ est
Moenibus & foveis, ornataq; Turribus altis.
Vrbis habet claves, gestans pro tempore fasces
De more antiquo longoq; à tempore Consul.
Romani BONNAM quondam Bona Castra voca-
runt,

Nempè Bonas illic quoniam sibi figere Sedes
Est visum, testante chrono, nam plurima tali
Non modò parte rubet benè sano Vineâ Baccho,
At quoq; frugiferax circum protuberat Arvum,

Immem-

[a Ao. 1593.] [b An. 1642.] [c An. 1240.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Immensiq³ suprà per binas circiter horas
 Clauduntur Montes qui ad Rhem littus utrumq²
 Hanc è Teutoniâ fermè ducuntur ad Urbem.

Antè Verona fuit, factò que nota sequenti:
 Herculeus * Bellum dùm Maximianus & arma
 Gestaret, stricto Carausius Ense Tyrannus
 Ut ruat, in Magnum qui Cesara nuper iniqua
 Diocletianum suscepit praelia, jamque
 Regna Britannorum sibi subiecisset, & olli
 Ex Syriâ, Aegypto, Solymis, Orienteq² dictus
 Cesar Thebanam Legionem (robore pollens
 Agmen erat) que Sexcentis sex millibus, & sex
 Sexaginta Virùm, numero, constabat, ad inum
 Rhem littus, opem latum submitteret, antè
 Emundata Sacrà sacri Baptismatis undâ
 Que Legio dederat vero sua nomina Christo,
 Prefatus capitis sub pœnâ Maximianus,
 Pro fortunatis belli successibus hujus,
 Quod per Teutonicos tractus Francosq² parabat
 Ad Rhodanum, juxtâ Martinack, nomine, pagum,
 Idolo Martis votivos thuris odores,
 Sacrificosq² ignes adoleri iussit ad aras.
 Ast quia Christicoli Duces agminis, illi
 Mallusius, Victor, Gereon, Florentius ibant
 Cassius atque Pius, tam falso sacra negarent,
 Thura Deo, gressusq² suos procul indè tulissent,
 Ad profigandum conjunctis Viribus Hostem,

Tum

* An. 298.

STATUS IV.

Tum sacrae insidias Legioni struxit, & idem
 Maximianus atrox posuit stratagemam; suoq;
 Cum Duce Mauritio penes Agaun stravit eandem
 Ex toto ferme, qui nunc locus obtinet ipsum
 Sancti Mauritij nomen, quia Martyr ibidem.

Ast aliquot cum de sacra Legione cohortes
 (Christicolamq; simul quaedam vexilla,) deorsum
 Longius ad Rhenum cessissent vsq; Veronam,
 Bonnam, Agrippinam, & Xanthos, sua seq; tuentes,
 Insidiator Eas stricto est mucrone secutus,
 Et turmis alijs aliud cedentibus, ipso
 In stadio Divum Gereonem forte trecentis
 Octodecim socijs comitatum cepit Agrippa,
 Sanctum Victorem triginta, cumq; trecentis
 Militibus Christi Xantensem praestit ad Urbem;
 Cassius at Bonna simul ac Florentius vna
 Cum socijs levum Rheni propè litus, aperto
 Ore fidem Christi testantes sanguine fuso
 Martyrij insignem meruere referre coronam;
 In quorum aeterni firmum munimen honoris,
 Diva Helena Imperij Regina Decusq;, Parensq;
 Primi Christi adum diuino Caesaris aestro
 Constantini, alma fidei quoq; nobilis auctrix,
 Cetera Tempora * inter propè Rheni flumina Bom.
 Instinctu Divum mota est fundare sacrum
 Collegium, multis quae nunc Ecclesia Prero-
 gatiuis gaudet; communiem namq; quot annis

I

Mer-

* AD. 316.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Mercatum celebrat, quin & pro tempore seruat
 Præpositum, multa supremum munus, & Archi-
 Diaconalis adest cui Iurisdictio terra.

Hic locus illustres ambit complexibus Arces,
 Oppida, Nobilium Sedes & Fana, Domusq₃,
 Quæ suprâ atq₃ infrâ circum lustrantur in vno
 Prospectu, dicta jacet Urbis mœnia præter,
 Nobile Collegium, vulgò Diekircha, vocatum,
 E regione autem trans Rhenum bina videntur
 Collegia, inuncto nigrum cognomine Reindorff,
 Vilichiumq₃, aliud, Vilike quod diximus olim,
 Quorum Mengosus postremum duxit in altum
 De Gelren Zutpheng₃ Comes, * Sirbirgag₃ coniux
 Bius, idemq₃, bonis testamentalibus, amplo
 Legato Agrorum, Argenti donauit & Aurj,
 In quo Gnatabus socijs (quas inter & vna
 Sancta Adelheidis erat) tumultus uterq₃, quiescit,
 Ut tumuli monumenta ferunt in marmore: nempe
 Vilichij extractor jacet hæc Mengosus in
 Vrnâ.

Hoc Latus occasum versus (viæ perbreuis) ornans
 Mons Crucis, & pulchrum supremo in vertice Templū,
 Cum Seruitarum Claustro, quod struxit in altum
 Archipater, Bavarum Dux Ferdinandus Honorj
 Septem Virginea Matris Diuag₃ Dolorum,
 In quo miraculis celebris seruatuz Imago,

Copia

* An. 985.

S T A T U S I V .

Copia quæ Diui Lucae est, quam pinxit, & illa
 monstratur, longè circumq₂ jacentibus, indè
 Qui crebrò è Patrijs rara pietatis amore,
 (Rarum opus est etenim) sacra huc vexilla reponunt,
 Cum Genitrice colunt votis precibusq₂ Tonantem.

Hunc infrà montem Poppelsdorff cernitur, ipso
 Tempore Romulidum, sic affirmantibus eui
 Illius Historicis, qui Pagus nomine dictus
 Publij, ut & Transdorff Trajani Pagus, & huius
 Oppida plura modi, Satrapatibus insita binis
 Et Bonna & Brula, titulos sunt nacta suorum
 Voce Ducum, à Ducibusq₂ suis jam nomina servant.

Hoc penes Oppidulum Poppelsdorff floribus hortus
 Aemulus Hesperijs, Electorale Viretum
 Suspicitur, sursum spatio fors vnus hora
 Gudesbergh surgit, cuius superindita cliuo
 Arx, Turrisq₂ jacent jam demolita, locoq₂
 Creditur hoc falsi fanum sedemq₂ fuisse
 Mercurij, cuius quæ sub Gentilibus Ara
 Victima casa frequens, hoc Montis & huius Origo
 (Mercurij Burgum, Gôtzbergh quasi) nomine fluxit.

Imperij primo Theodorus Episcopus anno,
 Congesti maltis Iudeum millibus auri
 Argentiq₂ gravem tenebroso carcere clausit,
 Compedibusq₂ pedes, & duris terga Catenis
 Nexuit, & justis propter malè tanta lucrati
 Pondera thesaurij ænis multauit eundem,

E quæ

ARCHIDIOECESIS COLON.

Equâ nummorum summâ (est firmisimus Atlas)
 Mercurij Burgum sublimi in vertice, Bonna
 Ultra dimidium, munitam condidit Arcem,
 Quâ Michaëlis erat prius isto in monte Sacellum,
 Sed post suffossa est Arx hæc, ut diximus, * acri
 Impete & in rapidas acta igne vorante favillas,
 Omnigenos quoniam fugitiuæ plebis Alumnos
 Sustentabat, amans specus, Hospitiumq; latronum.

Regredier Bonnam, binâ gaudente coronâ,
 Cum post Henricum, Fridericus, dico, secundus
 Austriacus Princeps, occisi filius olim
 Casaris (a) Alberti iusto pro Casare lectus;
 Mox Vbia Henricus de Virnbürg Præsul, eandem
 Bonna in Sede sua, Imperij diademate (b) cinxit.

Vrbis honos rursus non longo à tempore, quandò
 Walramo, Comitum Iulia de stemmate nato,
 Iure in Vtroq; Viro fundato à Præsule, Casar
 Lutemburgensis Carolus, cognomine Quartus,
 Insigniretur (c) Bonna diademate Regis,
 Augusti Imperij, sic Casar vterq; secutus.

Bella quidem taceo: Martinus Schenckius, ille
 Transfugus Hispano Ductor stratagemata secus,
 Fraudatim intrando Batauo cum milite, verum
 Ernesteanis vexillis ostia pandit,
 Et sic Ernestus Bauarus sine sanguine Bonnam
 Occupat, ut Caroli Magni fulgebat olympi
 Festus ab axe dies, Magnò sic Rege iubente:

Huius

* An. 3585.] [2 An. 1309] [b An 1315.] [c An. 1347.]

STATUS IV.

Huius enim meritis lapsi post fulmina belli
 Bonna reuiuiscit, fraudum iuga pessima spernens,
 Subjicit Ernesto Bàuaro se Bonna, perosa
 Frena noua, ut Iani vicesima nona q₃ luxit,
 Et iam transferant* ter secula quinq₃ salutis,
 Quattuor & messes, octo q₃ decennia phœbo.
 Vrbs verè felix ! de Bello tempore pacis
 Perpendens, rursus hinc Bonne Bona Castra locantur,
 Quod superest laudis, de Bonnâ hæc Vrbe leguntur
 Carmina, quæ subdo, cecinitq₃ probabilis author.
 BONNA solum felix, celebris locus, incluta tellus,
 Florida martyrio, terra sacrata Deo.
 Exulibus requies, & Asylon mire fusti
 Semper, & externi te reperere suam.

*AN. 1584.

IV.

ARWEILER.

Supremis Vbia jacet Vrbs ARVVEILER in agris
 Archidicæcesis, resonâ circumdata valle
 Viniferisq₃ jugis penes, Aram nomine, Rivum,
 De quo nativum fert flumine, scilicet Arâ.
 ARVVEILER nomen, sic nominis Etymon oriū est.
 Hæc Aqua, quod quidam memorant fuit Eistia
 primum,
 Et terra quoniam, quæ dicitur Eistia, manat.

Vnde

ARCHIDIOECESIS COLON.

Vndè superfusus hanc rectà fertur ad Urbem
 Cursibus, & Celsos inter, juga saxea, montes,
 Contrà Lintz, Sinczigh prope, Rheni jungitur vnda.
 Eiflia præruptis è collibus, atq; supinis
 Vallibus, & Fluijjs sursum labentibus, altum
 Educta est Regio, Rhenumq; Mosamq; Mosellamq;
 Inter, erat quondam pars saxiferacis Eremiti,
 Passim Romanis quæ tunc Arduenna sonabat,
 Eiflia jam partim, tum Luxemburgica tellus,
 Tumq; Diœcesis vult Leodiensis haberi:
 Illa quidem nomen non ducit ab Arduus, hoc est,
 Difficilis nisi, durus, sublimis, acutus,
 Istud huic quamuis patria non òmine vano
 Ascribi possit, verùm duntaxat ab Aræ
 Flumine, de summo quæsdam quod partibus, jctâ
 Montibus Eifliæ vocem reddentibus, Echo
 Influit in Rhenum: Terram hanc Ardeâven, id Aræ
 Est Fluij tellus, prisci dixisse feruntur
 Teutonia populi: quod nomen in hisce suomet
 Romulidas sermone locis Arduenna, priori
 Voce parùm versâ, sæpè vsurpasse notamus.
 At quibus hæc verbi mutatio displicet, Aræ
 Nomen & Arduenna noscent, quasi propter acutos
 Illud huic terræ colles, juga, culmina, rupes,
 Saxa, sit impositum montanas propter & arces,
 Rupibus hic circum quæis vndiq; tractus abundat,
 Tum quia Romani tales sermone latino
 Montes & Petras, terrâ sublimè mariq;

Ex-

STATUS IV.

Extantes scopulos, propendentesq̄ charybdes
 Aras dicebant, ut Virgiliana pœsis,
 Servius, atq̄ alij perhibent, & talia Castra,
 Ara, vel turres, vel munimenta, vel arces,
 Diruta sunt aliàs, aliàs habitantur in agris
 Eistiacis hodie: ut Tomburg, Neuburg quoq̄ & Arburgh
 Creutzberg, Saffenburg, & Lanskyon, Altenahr, atq̄
 Neppenahr, in quorum postremâ parte locorum
 Optima jucundi & sani crescentia vini
 Germinat, & passim vinum hoc Arale vocatur.

Nunc quamuis Vrbs hæc ARVVEILER, præter
 aprica

Vinea, è plano latus Aruo constet ad vnam,
 Montes intrâ alios tamen est inclusa, virentq̄
 Hanc penes expansis jucundam frondibus vmbra
 Præbentes filua, per quas jus quilibet huius
 Vrbs habet ciuis, maiores atq̄ minores
 Venando, captando feras impunè vagari.

Historici dictum testantur flumen * ad Aram,
 Dùm Constantinus Magnus primusq̄ Monarcha
 Christigenum, patulo sua siseret agmina campo
 Moturus bellum, multus quoque corda teneret
 Angor & irrequies, dio qui Numine talem
 Susciperet Martem, juratus sanguinis Hostis
 Christicolam ut verso Maxentius ense periret,
 Ecce tibi, medio stabat dùm Phæbus Olympo,
 Inter stellatos omni cum milite gyros,

His

* An. 312.

ARCHIDIOECESIS COLON.

His ipse ignitis propè Sintzig in aère cernit
 Grammatibus sacra Crucis exoptabile signum,
 IN SIGNO HOC VINCES, palmam spondentibus
 astris.

Hinc spem venturè Casar votumq; triumph
 Haurit, & inscribi vexillis cælica mandat
 Signa, Crucem Christi, Labarum quædixit, & hostens
 Primum prosternit, victumq; triumphat ad Alpes
 Victor in ingressu Gallorum, deinde secundum
 In gremio Italia, demùm propè martia Roma
 Mœnia, quæ decimaquarta Septembris eundem
 Presbit, inattentò nouies quod mille virorum
 (Vt quidam memorant) numero Maxentius ipso
 Casare major, ouans pugnam sit fortiter orsus,
 Actutem dicta Septembris luce, triumphans
 Iuxta Romanam Crux Christi apparuit Urbem,
 Ut ternâ Maij hæc Vbiorum fulsit ad Aras,
 Gentibus insolitum Signi spectantibus astrum,
 Hacq; sum ducit Sintzigh ab origine nomen,
 Germano in Sanctum conuerso grammate Signum,
 Cùm prius Vrbs isthæc Vbiorum dicta sit Ara,
 Vtpote Munimen, Romanorumq; Sedile,
 Post ubi Diua Helena iussu promptoq; volens
 Affectu in Superos, captorum mille virorum
 Subsidio comitante aliquot, fundata perenne
 In munimentum Divùm surrexerat AEdes.

Sintzichium ergò Vbijs debetur jure vetusto
 Cumq; Renomago patria testantibus actu.

Hoc

STATUS IV.

Hoc verò flumen Romanis (scilicet Aram)
 Ingenti cultum populo cinctumq; fuisse,
 Testantur diversa hodie loca, diruta Rivum
 Hunc propè, quæ veri fulgent jam Numinis ara,
 Tempia, domusq;, sacro redolentq; altaria thure.

Hinc Vbia, non absq; sua ratione, sacratum,
 Archidicecesis gestant Insignia Signum,
 Nempe Crucem Christi, quia tam divinitus ollâ
 Hac donata fuit, quin & communiter hisce
 Tempia locis, stadio Crucis edificata videntur,
 Quod Diva expressit Templorum mater & author
 Helena, discrimen prisca inter Fana Deorum,
 Inter & eterni demonstrans Numinis Aras.

V.

L I N C I V M.

Metropolis populi LINTZ illius exiit olim,
 Quos Vbios (hodie mutata voce Colonos)
 Diximus, hi quandò Rheni trans littus ad Eurum,
 Vrbs ubi dicta jacet nascentis in ordine Phœbi
 Degebant, Caij Iulij sub Caesaris avum,
 Et primum Augusti regimen, sceptrumq; secundum.

Tunc vbi Westervaldensia rura colebant
 Ad Rhenum juxtâ Siegam, juxtaq; Saynam:
 Romulidum verò partes (dum visus eorum
 Miles erat campo, vexillaq; proxima Rheno)

ARCHIDIOECESIS COLON.

Sunt tuiti actutum, vicinos indeq̄, contrà
 Teutonas auxilium sumpfere fauentibus armis,
 Et demùm propter benefacta probata, fidemq̄
 Romanis habitam, centenaḡ, munera propter,
 A Marco Agrippa supremo Principe belli,
 Caesaris Augusti Genero trans flumina Rheni
 Sunt deportati, deductaq̄, Castra propinquis
 E Rheni ripis, à Coblentz vsq̄, fuere
 In Betavv: ut contrà recta è regione jacentes
 Teutonia populos, cis-rhenana ostia ferro,
 Romulidùm sub jure graui, sub lege, jugoq̄,
 Ritè tuerentur, magno quod robore mentis,
 Et prona sinceri animi virtute probarunt.
 Immò quingentos atq̄, ultra spontè per annos
 Sese in Romanis staturos fortiter armis
 Edixere, nihil Martem mortemue morantes.

Hinc illum prefata locum (sic prisca docemur)
 Occupat Vrbs, Vbijs erat hinc quo tempore sedes;
 Tum quoniam fusus statione hac sanguis ad enses,
 Romanis equè fidus, geminumq̄, parem q̄,
 Præbuit hu sese, Romanos quotquot in agros
 Devechi fuerant; immò meruere referri
 In Romanorum veterani militis album,
 Ex claris gestis, specialem habere phalangem,
 Qua dicebatur jam dictâ, LINCII, ab Vrbe.

Danubium hi versùs contrà, fera pectora, gentem
 Teutonia ducti, inq̄, illa regione cis Ensam,
 Principium nomenq̄, Vrbi Lintz ritè dederunt.

Sicut

STATUS IV.

Sicut & è Betavv quædam pars agminis Vrbi
 Bassonia, pluresq; alijs fecere cohortes
 Nomina Castellis, Exordia prima locorum.

A Virnburgh alias Henricus Episcopus (a) inter
 Archidiœcesis LINTZ vnam rettulit Vrbes,
 Muniuit muris, ciuilia iura, bonumq;
 Contulit, Hebdomadam toto mercatibus anno,
 Insuper atq; alijs vendendi quæq; diebus
 Indulto affecit; verùm Engelbertus (b) Eidem
 Tertius Antistes, Dux Marchio, subdidit Arcem,
 Quam cum (c) Burgundis post exussere Picardi,
 Aequauère solo, rapidisq; dedere saullis.

Hanc infrà suprâq; Vrbem, vineta probati
 Laudantur Bacchi, pomaria, prata virescunt,
 Hortiq; ad Rhenum; pulcherrima panè sub uno
 Oppida prospectu circumcernuntur, & Arces,
 E quibus in primis hæc suspicienda propinquant,
 Hammerstein, Rheineck, Argensfeltz, Erpel, & infrà
 Mons sacer, exstructus Divo celebriq; Patrono
 Apollinari, quâ Sancta Martyris hujus
 Reliquia, à multâ visuntur plebe per annum
 Sapius: hoc Præul Fridericus (d) primus in alnum
 Martyris è proprijs Apollinaris Honorem
 Sumptibus erexit Templum, Montemq; beati
 Apollinaris, Renomago forte propinquum
 Dicendum voluit, quod adhuc est nomen in usu.

Ast Engelbertus, jam dictus, Episcopus vrbem

Hanc

[aAn.1330.] [bAn.1364] [cAn.1475.] [dAn.1122.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Hanc propius Rhenum firmavit, & addidit Arcem,
In finem hunc, contra se pacta ut foedera sensim,
Decreto vnanimi qua Fazi Vrbesq, tulissent,
Frangeret, & tali subjectos vinceret astu.

VI.

K E M P E N A.

KEMPENAM inferior (campestem dicimus
Vrbem)

Archidioecesis conjunctâ amplectitur Arce,
Qua pulchro ac valido se vertice librat in auras;
Iulia fert lauam, fert Geldria, Mœrsia dextram,
Vrbis utrumq, latus. Situs illius vndiq, circum
Planos ac pingues, fecundosq, occupat agros,
Continuo tantâ quas, sedula turba, Coloni,
(Horum namq, ingens viget istâ copia terrâ)
Exercent operâ, manuumq, & vomeris usu
Proscindunt, renouantq, frequens ut messis abundet:
Nempè bis aestiuas hibernalsq, quotannis
Vberiore sinu, Cerealia munera, fruges
Producunt, animosq, suis cultoribus addunt.

Hinc diuersimode, magnâq, coluntur in illo
Circuitu Villa, plerasq, Parœcia quarum
Vrbis habet: quamuis gens rustica, ruris Alumni,
Non hac mûnicipes ciuesve probentur in vrbe,
Hoc tamen his ipsis juris conceditur, ulla

STATUS IV.

Vt, si possideant bona, judicialia curent,
Litibus, & causis mereantur adesse Scabini.

Hocq; Scabinaris pro consuetudine prisca
Munus & Officium, nulli confertur in vrbe
Ciuum, at externis, quæ res est rustica cura.

Ceterum in hac Patria Kempensi plurima visis
Existunt clusis jucunda forensia vallis
Oppida, quæ vulgò sancti pulcherrimus inter
Antonij Vicus, Wilich, Huls, atq; propinquum
Oppidulum, Oedt aliàs Vda, & Sacrapatus ibidem,
(Vda etenim loca sunt, alta crassaq; Paludes)

Hic etiam vicina jacent Castella, Domusq;
Nobilium, Forst, Rath, Gastendunck, Nersen &
Anrath:

Pluraq; Kempensi Satrapia subdeta, circum
Quam validi postes, & firma repagula claudunt.

Hoc prius in Stadio, quo nunc KEMPENA lo-
cata est,

Siluestres spinis, vepribus, lentisq; genistis
Agri concreti, Campiq; fuisse leguntur,
De quâ Camporum prouenit origine KEMPIS
Nomen, eumq; hodie titulum vocemq; reseruat
Hic locus: à Virnburg Henricus (a) Episcopus illum
Inter adhuc viuos degens conuertit in Vrbem,
Iuribus ornauit ciuilibus, imò quotannis
In bipatente foro communem consulit usum
His mercandi, illis vendendi, aliosq; fauetes.

Hec

[a An. 1301.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Hac sibi ab innato præclarum laudis honorem
 Vrbs sortita viro est, quem dio Numinis igne
 Spiritualis amor succendit, nomine Thomæ
 De Kempis, alias quem legimus Hammerken; illo
 Thomas Malleolus quondam cognomine, voluens
 Cœlica divina crebro monumenta tabella;
 Plus auro dignum, gemmisq; cedroq; Libellum
 Scripsit, & inscripsit, Vitæ imitatio Christi,
 Qui nunc cuiusvis terra translatus in oras
 Omnigenis canitur linguis, nulloq; sat ore,
 Scriptorisve manu potis est extollier unquam.

Nativam hic lucem dictâ Vir (a) vidit in Vrbe,
 Ac propè Schyvol, patriam fugiens, Overjssel adultâ
 In regione sibi præscripsit degere vitam,
 Ad Divæ Agnetis montem, quam vivere curant
 Presbyteri Canonum, quæ Regula certa tenenda est.

Hoc in monte etiam, dum primus curreret vltra
 Nonaginta, (b) Annus, sanctissima lumina vitæ
 Clausit, & ad Superos pius hospes & incola abiit.

Et quia prædicto nomen mandare Libello
 (Verba viro hâc etenim sæpè hæc repetita placebant,
 (Præstat in angello Numen venerare Libello)
 Mira recusavit prone demissio mentis,
 Quâ Vir hic ardebat, diversa hinc Natio, nempe
 Itala cum Gallis habuit Germanaq; litem,

Cujus

[a An. 1380.] [b An. 1471. 25 Iulij]

STATUS IV.

Cujus id esset Opus : Galli tribuere Iohanni
 Gerson, qui fuerat fors Cancellarius, inter
 Hesperios autem quis Caietanus, id vni
 Nomine Ioanni Gessen adscripsit, eratq;
 Is (Caietanus quo vixit in ordine) Praesul:
 Germani verò, quorum Sententia recta est,
 Hunc summo Thoma de Kempis jure Libellum
 Asscripsere, etenim Kempis testantur abundè id
 Scripta Archivorum cum judicialibus Actis.

Martinus quoque Duncanus Kempensis ab ortu,
 Contra Anabaptistas Batavos ut Murus, & acer
 Defensor Fidei stetit, exeruitq; timendum
 Semper Romana pro Relligione tuenda
 Ingenij fulmen, qui Spiritualibus armis,
 Egregijs victor miraclis claruit orbe.

Hac Terra inferior malefaustum nuper ad avum
 Ingemuit, clademq; tulit, sensitq; ruinam,
 Heu! fuit atra dies Antonj, atrocior autem
 Huic Patria atq; Vrbi: Antonjano quando per (a)

Hassos

In Campo, Imperij cum Wimmariensibus, hostes
 Est conflictatum, sic, primum casus ut esset
 Lambojus, Milesq; ejus, Legione remota
 Aggere ut in fossa munito Castra locaras,
 Quo circumplexa est eadem Provincia totum:
 Guebrian hinc Comes, Eberstein, Tubadelius, atq;
 Victores hostes intrant formidine terras

Fractio

[2 An. 1642.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Fractio Novessio, populo repleta frequens
 Quassatur KEMPENA, dies octava cruentis
 Armis fausta quidem fuit, ast infauista Colono,
 Imperio nunc pace data Patriota laboras
 Rursus, & exercet Rus vberis fruge beandus.

VII.

T O L B I A C V M.

Zullich, TOLBIACUM primo, dictumq; deinde
 Tulpetum, & Zulpich: Vrbs est campestris, in ipso
 Archidioecesis gremio, fuit antea firmum
 Munimen, celebrisq; Locus, moderantibus haec
 Romanis terras, quo de Legionibus vna
 Gestabat Baculum conseruatur a fidele
 Hinc Germanorum diuiso à litore Rheni
 Obsequium, Vbiacus quos non stringebat Horizon:
 Et tales fuerant Thaliates, pectora Martis,
 Bellacesq; viri, quos hac in parte Penates,
 Tecta q; tum nixis stabant solidata columnis.

Iucundum hinc aded tractumq; situmq; locorum
 Frugiparensq; solum: Seuissima praelia quondam
 Difficilesq; acies sensisse Annalia tradunt:
 (Tempore quò Galli licet cliuensibus aruis,
 Romana genti quamplurima damna tulerunt,
 Rapinando insignem delecto ex milite partem)

Frax-

STATUS IV.

Francorum (a) surgebat enim Rex Ethnicus: ille
 Childricj Regis Sicambri patris, & ejus
 Reginae Tungris, Basina filius alma,
 Numinis auspicio jam confortatus abundè,
 Contrà Alemannorum gentem, Clodouæus, abiit,
 Et propè Tulpetum, monitus satis antè, volensq;
 Mox Catechizari, benedictò in nomine Christi,
 Ipse sua Sponsa Rex Reginaq; Clotildi,
 Quæ vera fidei mysteria sacra colebat,
 Rettulit optatum devictò ex hoste triumphum,
 Nam cum suspiciens, oculis super astra leuatis
 Fulmineos inter gladios, aciemq; cruentam,
 Armorumq; sonos, ignitaq; prælia Martis,
 Fecisset votum, quod si vera ista, Clotildis
 Quæ sua de Christo Conjux sibi dixerat, illum
 Scilicet esse DEI sobolem, de Numine Numen,
 Mundi Assertorem, cui tanta potentia, visq;
 Vt sibi certa ejus Victoria nomine staret,
 Hoc veri indicio sese hunc Dominumq; Deumq;
 Pectore fassurum, simulacraq; falsa suis mer
 Execraturum, disrupturumq; lacertis.

Vix ea dicta: Deo sic disponente triumphus
 Extemplò sequitur, victoq; recedit ab hoste
 Victor, & vxori fert nuncia læta Clotildi.

Hinc Rex cum ternis Francorum millibus, ip[s]as
 Inter adhuc gentes gentilia sacra professis,
 A Sancto, Remis, hujus tunc Prasule terra
 Remigio, instructus divino est dogmate, verà

Christi-

I

[a An. 497.]

ARCHIDIOECESIS COLON.

Christicoitumq₂ fide, Sacroq₃ in flumine lotus.

Hanc urbem juxta, post centam atq₂ amplius, annos
Scilicet in Priscâ, quo tempore, pace vigeat
Austrasia (a) Regnum, Gallorum è Sanguine Fratres,
Cum Theodobertus, tum Theodoricus, uterq₂
Rex, Hic Austrasia, Burgundia at ille, cruentâ
Sunt congressi acie, quâ Theodobertus in imum
Actus discrimen, Regniq₂ Domusq₂ ruinam
Austrasia sensit, captiuus, & inde supremo
Agrippinensem ferro est truncatus ad Urbem.

TOLBIACVM redeo, hanc validâ prius (b) Arce
superbâ

Cuno à Falckenstein, Treuirensis Episcopus, idem
Archidiœcesis Conrector (c) pluribus Urbem
Restituit nummis, Vbiq₂ redemit eandem
Ecclesia, quandò Wigboldi de Holte sub avum,
Ad Comites Iulia cum circumstantibus amplum
Cesserat in pignus. Circùm monialia Claustra
Vulpiacum atq₂ Houen, Satrapiaq₂ insita cernis
Oppida, Geich, Besnich, Weiler cum Fussenig ante,
Prataq₂ Vinetis, Pomaria junctaq₂ magnis
Ad latus hoc aruis, que fertilitate probantur.

Urbs hæc Vbiacæ, Zulpich, subjecta, simulq₂
Archidiœcesi Satrapatus: ibiq₂ rotundum
In gyrum Iulia terris inclusa quiescunt.

E contra sese vicina dat Eistia, tellus
Frigida, montanis implana hirsutaq₂ saxis,

Quæ

[a An. 612.] [b An. 1230.] [c An. 1368.]

STATVS IV.

Qua ferri, & Chalybis fornacibus aestuat, erit
 Atq; Metallorum, plumbiq; est aspera lamnis:
 Hac diversa Pecus, Oviūm grex plurimus intrat
 Pascua, cum cerâ pinguisissima mella parantur
 In regione, quibus quacunq; negotia rebus,
 Agrestes inter Commercia crebra geruntur.

Siffridus dum captus erat Westburgius, olim
 Antistes (a) Comes è Iuliâ Walramus adacto
 Milite, quassando tormentis occupat Arcem,
 Obrentâ Muros est demolitus ab imo.

Prædicta in terrâ, quæ dicitur Eiflia, ad orâs
 Agrippinatum, Præmonstratensis in altum
 Ordinis, eximium se Steinfeldense cacumen,
 Cænobium extollit, quod tempore Præsulis olim
 Brunonis structum primæua exordia sumpsit.

Insuper à binis Lacubus celeberrimus idem
 Hic locus est; alter propè cernitur Vlmen, & alter
 Antè Monasterium Laich, quorum nescit uterq;
 Hauriri, fundoq; carent; namq; alter ad vlmen
 In tantam terrâ sese delibrat abyssum,
 Vt demissa Bolis, cui nexa forte trecenta
 Orgia, in immensum nesciuerit ire profundum.

In stagno hoc etiam Piscis latitare putatur
 Triginta longus pedibus, qui quandò videtur.
 Masculea de stirpe domus vlmensis, ut olim
 Sæpius est visum, vitâ defungitur Hæres.

VIII.

[aAn, 1288.]

VIII.

BRVLA.

Archidioecesis BRVLA est Vrbs subdita Terra,
 A Rheno mediâ distat qua circiter horâ,
 Electoralem validis hic Turribus Arcem,
 Cernimus, Elector Patria pro tempore Princeps
 (Illius est etenim Residentia sæpè) per annum
 Quâ capturus agit, curarum animiq; levamen;
 Nam Locus ille Situ valdè est jucundus, ad ortum
 Solis, agri grandes, & fertile prospicit arvom,
 Occiduam verò spectat Silva ardua partem,
 Lignifer axq; Nemus, vilne aut quod Ville vocatur;
 Vicinos juxtâ montes benè culta Rubellum
 Vitis alit vinum, sanum potantibus haustum.

Plurima conspicuam viuaria cernis ad Arcem
 In quibus insignes Piscatus, Stagnaq; propter,
 Circumducta viret subiecto Siluula muro,
 In qua diversi Ceruiq; feri q; Caballi,
 Omnigenaq; Fera Seruantur, aluntur, & auram
 Erudienda bibunt Animalia plura, sub apto
 Venatore, cui domus hîc est structa Magistro,
 Perpetuoq; isthoc Custos vigil excubat Horto.

Hunc juxtâ Lucum, Stabulumq; Domumq; Ferarū
 Effulgent raris Electoralia Tempe
 Rebus, ab Artificum, Natura, Operumq; trecentis

Dudōis

STATUS IV.

Dudum inventa modis: ast è regione, frequenti
 Venatu educunt tam Rus quam Silua minores
 Majoresq₂ Feras, per tempora qualibet Anni.

De **W**esterburgo Siffridus (a) Episcopus, Urbem
 Agrippinatum dum contra bella mouebat,
 Brulensem in primis permagnis sumptibus Arcem
 Vsq₂ paludoso, valido molimine, cepit
 AEdificare loco: Praesul **W**igboldus (b) ab Holte
 Hanc post Siffridum Successor duxit in auras,
 Supremumq₃ apicem; verum **W**alramus (c) Eandem
 De Iuliaco, altis firmauit Turribus, addens
 Robur, & in melius vertens fundamina fulcrum.

Hanc penes Hermannus Quartus, dictusq₂ benigno
 Nomine Pacificus, Landtgravius (d) Hassia, & idem
 Antistes, Patrum, quos Regula strictior ambit,
 Franciscanorum, fundo curauit ab imo
 Cœnobiam educi, quâ prima Probatio nunc est,
 Inq₃ loco tali, Iudeorum ante Palastram,
 Quo ve Synagogam viguisse habitamq₃ docemur;
 Non tantum dictus jam Praesul condidit hocce
 Sponte Monasterium, sed sacris ritibus istud
 Delubrum Divis solenniter ipse dicauit,
 Devotiq₃ Viris, Monachisq₃ instruxit, ut ejus
 Mœcenas, Fautorq₃ loci Patrumq₂ Patronus,
 Qualis & illius dio Cognata saeuore
 Elisabetha fuit, cœlestibus addita Nymphis.

Sicq₃ Synagoga gremium veri Ara Tonantis,

Reli-

[a An. 1283.] [b An. 1298.] [c An. 1348.]
 (d An. 1491.)

ARCHIDIOECESIS COLON,

Religiosorum celeberrima limina Patrum,
Occupat, atq; Deo veniente Idola ruerunt.

At quâ productum sit nomen origine, BRVLA,
Ante octingentos, compertum est, circiter annos,
Silvosos plerosq; locos, excisa fuere

Quæis ligna ignicrepis flammaram aptanda favillis,
Et calles sectandarum erupere Ferarum,

BROILVS, aut BROILI nomen duxisse, nihilq;
Horret ab hoc verbo jam dicta Vrbs, BRVLA, vocari,

Qua de Brulensi Satrapatu deniq; restat
Pagorum Series, prisco sua jactat ab euo
Nomina Romulidum, à Ducibus vult namq; vocari

Quisq; locus, Palmesdorf dat Palmatus, inde
Dat Iulius Gulsdorf, Cardorf dat nomina Carus,

Trajanus Transdorf, Poppelsdorf Publius: & sic
Ex alijs alijs scribunt sua nomina Pagi,

Quæis tunc hisce locis deducta Colonia multa est.

Præclara huic adsunt Satrapie Arcesq; Domusq;
Iam pridem dicta, nunc Promontoria Sanctæ
Valpurgis Montem referunt, exinde resurgit
Mons Roseus supra, pauld infra in Monte propinquat
Villa Regalis, Konigsdorff, nobile Claustrum
Virgineum, cujus Fundator primus & Author
Augustus Cesar, Carolus cognomine Magnus.
Adjacet Her-Mulheim, quondam Regina tenebat
Hoc proprium Rocheza, tenet jam Teutonis ordo.

Ast Benedictinis Sacratam Fratibus Aram,
Brunnois Villam, Brarveiler, strenuus Heros,

STATUS IV.

Ego Palatinus Comes Erenfridus, (a) & hujus
 Mathildis conjux, Ottonis Gnata Secundi,
 Sacra Nicolao ponentes symbola Honoris
 Struxerunt bini, donisq₃ bonisq₃ beârunt.

Quin & in hoc Templo monstratur Lancea acumē,
 Quâ sacrum Nostri Latus Assertoris IESV
 Perfossum Lacerumq₃ fuit, quo Sanguis & Vnda
 Exiit, ô Magni Mystera maxima Verbi!

Hac Loca cuncta jacent prospectu pœnè sub uno
 Rus versus, quâ Sol Eoo surgit ab ortu
 Vbiacam junctis spectantia nutibus Urbem.

Iam predictæ Abbatiæ Fundator vterq₃,
 Nempè Palatinus Comes Erenfridus, & ejus
 Conjux Mathildis Natos Natasq₃ sequentes
 Connubio peperere uno: vis nomina? denos
 Officijs Titulisq₃ dabo tibi, Lector, in hiscè
 Versibus; à Patria neuter virtute recessit.
 Hermannus Prasul, qui dictus Nobilis, Alter.

Extitit Ecclesia, Nomine, Reg₃, Pius;
 Indè Soror Richeza fuit Regina Polani,
 Pœnè gradus Sancto hac sine, Beata jacet.
 Otto Sueuorum Princeps, Regniq₃ Dynasta,
 Otto Avus Alter huic, sed fuit Exopater.
 Quartus erat celebris pietate, fideq₃ Ludolphus,
 Srenuus ille Heros, Zutphaniaq₃ Comes.
 Sex Abbatissa: Sophia Abbatissa mogoni,
 Indica Maria Virginis Asdesseit.

In Capi-

[aAn. 1024]

ARCHIDIOECESIS COLON.

In Capitolino Antistes Soror, Ida, Maria
Delubro sedit, dat pius hocce Lapis.
Novesium aſt Hildervigim, Dedekircha Mathildim
Præpoſitas habuit, qua pietate voles.
Insuper Aſindis Theophana, Adelheida Nivella,
Qualibet Antistes præfuit. Ecce Decem.
Hiſce Palatinis Bruno-Villaria gaudet:
O nimum ſælix ſtanma! beata Decas!

IX.

LECHENIVM.

Vbiaca medijs jacet Vrbs Ruralis in agris
Archidioceſis, de Riſu nomen adepta

LECHENIVM: gremio firmis completitur Arcem
Turribus, hinc extrâ munitam duplici Foffa,
Illinc intûs alit deductum ex aggere terra
Grande vadum. Henricus de Virnburg Praſul ab imo
Hanc ſtruere eſt orſus convexa Turre, ſub Annum
Suprà viginti, ſextum, quo ſacra tenebat
Iura Pedit: Vbiacam firmum munimen ad Aram,
Eccleſiaq; potens Agrippinenſis Aſylum.

De luliaco exin Walramus (a) Epicoſopus, ejus
Succeſſor dictam robuſtis Turribus Arcem
Structurûsq; alijs muniuit, idemq; ſupremo
Artificum ſtabiliuit Opus fundamine dextris.

[aAn. 1344.]

Lon-

STATUS IV.

Longinquum hic Praesul Domino cum Fratre gerebat
 Wilhelmo Iulia Comitum de Sanguine bellum,
 Hujus erat Comitum Residentia fixa Nideca,
 Lechenij Alterius, Walrami scilicet: hiscè
 Nonnulli voluere Locis dare nomina; primò
 Castellum Neyd-Eck germanâ voce, latinâ
 Invidia Metam dicentes esse, cruentum
 Et propter bellum, discordantesq; tumultus
 Hos binos inter Fratres, à Fratre VVilhelmo,
 Invidia oppositum flagranti turbine Fratri,

Cumq; velut dictum est, Arx Lecheniensis abisset
 In majus contra VV alramo Antifite robur,
 Ridiculum hoc Latio Castrum, sed Teutonis ore
 Eâcherlich visum est, quâ rupit origine nomen
 LECHENIG. At quoniam tam verbum hoc, sicut

& illa

Vox, LEGIONIACUM, quae dicta ascribitur Vrbi
 Postulat, in paucis Authorum cognita scriptis
 Inveniuntur, amans poterit discurrere quiuis
 Desuper ad libitum, quod Mens dictabit & vsus.

Dictus de Virnburg Henricus Episcopus, antè
 Excessum è viuis, hunc primùm ritè potiri
 Libertate Locum dedit, Vrbanosq; fauores
 Contulit, ut reliquis ex Vrribus, Vrbi haberet
 Nomen, & in ciues ciuilia jura redirent.

Quod superest, planum Situs illius vndiq; funduno
 Occupat, & latis longeq; jacentibus indè
 Solis ad occasum vergentibus emicat aruis,

ARCHIDIOECESIS COLON.

Auroram verò versùs pinguisima vernant
 Prata, scitent varijs Piscina piscibus, vsq₃
 Qua procul allapsam ducuntur ad Eruatis vndam,
 Hunc juxta Fluvium Sedesq₃, Arcesq₃, Domusq₃
 Nobilium exurgunt; Conradsheimb, indeq₃ Busch-
 feldt,

Gracht, Gymnich, Thurnich, Kerpen, cum pluribus,
 amplo

Que numero, versùs Rus conspiciuntur, & hiscè
 Finitimus Iulia vicinà ex parte Ducatus.

Fœdere conjunctis tribus Arx hac hostibus (annis
 Elapsis) Suecis, Gallis, Habsburg₃, furore (a)
 Aggressa est, celeri flammâ prius Vrbe potitâ,
 Vis Arcis contra muros extrema paratur,
 Hostes vrgebant, quassabant grandibus Arcem
 Tormentis, mortemq₃, globis sulphurq₃, minantes
 Praesidio Imperij; jacto, Kipshouius igne
 Respondit gladioque, minis neq₃, cedere Verbis,
 Perstitit intrepidus, Violentis fortiter Armis;
 Post sex hebdomadas, media inter tela, fauore
 Fortuna, tandem fuit Arx seruata triumphans,
 Hostilisq₃ furor Vires, animosq₃, dolosq₃
 Perdidit, infectâ Re cedere ab Arce coactus.

Et quamvis Vrbs hac, vicinâq₃ Patria circum
 Senserit hoc belli furioso incendia motu,
 Damnaq₃ Perpetuis tulerit comitata ruinis,
 Vix tamen huic Strages illata advertitur Arci,
 Nulli etenim cessit, sed contra audentius iuit.

Binas

[aAn. 1642,

STATUS IV.

Binas fermè horas validis illustre columnis,
 Indè jacet Castrum Kerpena, aut Carpia juncto
 Oppidulo, insignis quo Collegiata coruscat
 Presbyteris, Sancti Martini Ecclesia Mystis.

Hic Locus Indultis, simul ac Mercatibus, Anno
 Quolibet est pregnans; confines ante à justo
 Sub Titulo Dominos habuit de Stemmata Gymnich;
 Indè Brabantinus Dux hoc certo ere Ioannes
 Oppidulum, Castrumq; emit: quod utrimq; tamen si
 Hispanum, Batauosq; inter grassante Gradiuo,
 Viribus admotis sit quassatum atq; potitum,
 Iam tamen Arx isthac, & Pagus proximus Arci,
 Omnibus Indultis, & juribus omnibus. (a) octo
 Nuper abhinc annis, dùm consultatio Thenis
 Acta fuit, Bavarum Ducis, Electoris, & Arci-
 Praesulis, Henrici Maximiliani Vbiorum
 Archidicesis, pro tempore, Sacra tenentis
 Sceptra, per vnanimis sunt assignata fauores,
 Arbitrio, juri, tutela, Eiusq; potesta.

[aAn. 1654.]

X,

REIMBACHIVM.

REIMBACH, siue alijs ut dicitur opinio, Rinbach,
 Vrbs est, aequat à fundo qua desuper Arce,
 Spectat ad Vbiacam, longo jam jure Statusi,
 Archidicesin: Conradus Episcopus, illam
 Clarus ab Hochstadio Comes, & Dux magnus ad
 Aram, Mu-

Mu-

ARCHIDIOECESIS COLON.

Munera plura inter, seu Donatiua: propinqua
 Quæis Satrapia jacet, qua dicitur Hardia, junxis
 Archidiœcesi; verùm sat tempore multo,
 Vt Locus hic, alijs cum Castris, hisq; coeuis
 Urbibus, in pretium cessisset pignoris, ampla
 Nummorum summa, V Valramo à Præsule. prisco
 Archidiœcesis juri fuit indè redemptus,
 Turribus & Muris solidatus abiuit in Urbem,
 Vt Iulia Comitem tali munimine Fratrem,
 Consortesue, Locis alijs simul aggere cinctis
 Stringeret, & motos hac frangeret arte tumultus.

Hinc quaquaversum varijs ditissima tellus
 Frugibus inturget, scopulosis proxima surgit
 Eistia verticibus, qua non procul indè niuosum
 Principium orâitur, morientis ad atria Phœbi,
 Utq; sub Arvveiler legere est, extendit ad Aram
 Seq; suasq; comas & multò longius exit.

Antiqua hanc prorsum fundamina cernis ad Urbem
 Cujusdam saxo clausi tellure Canalis,
 Æqualem Fossa speciem referentis aquai,
 Iam plerisq; locis fracti excisiq;: Canalis
 Hic quatuor quinesve pedes conducit in altum,
 In latum propè tres: venarum saxea verò
 Viscera per terram deducta fuisse leguntur;

Nempè Agrippina suprema in Ædibus,
 Iuxta Sanctorum Nicolai & Magdalis Aram,
 Obducta injecti prodit se janua saxi,
 Hujus Aqueductus quæ prima exordia manant:

STATUS IV.

Insuper antè Urbis Portam (Viuaria nomen
 Est olli) Vena hac lustratur, ad Efferen, indè
 Tendit in Her-Mulheim, trans Promontoria. juxtà
 Fischenig & Vocheim, quà Prasulis alta Lacuna est,
 Et Brulam retrò, V Valpurgis ad ostia Montis,
 Vndè suum fertur Riualis habere Platea
 Nomen adhuc, Rengass : velut Arx huic proxima
 Rendorff,

Nunc Reindorf, ex hoc est nomen adeptæ Canali.

Hinc vltra Pagum Martini, viscera tendunt
 Hujus Aquæ in Roesberg, Cardorf, atq; Hemmerig infrà
 Post V Waldorf, juxta Foueam quæ Marga vocatur,
 Vterius Villensè Nemus penetrare videtur,
 Ferreus, hic locus, est Mas appellatus, & intrat
 Per Cottensforstam Morenhoven, atq; propinquum
 Buschoven, Duntzighoven, sacrumq; Capellen
 Cœnobium, & dictam REIMBACH, vel ab hocce
 Canalis

Nomine productam RINBACH allabitur Urbem,
 Hardensem rectè à Satrapatum versùs, ad oras
 V Veingarten, Castenholtz, Antyweilerq; Simulq;
 Per tractum Eisliacũ propè (Vey quæ dicitur vndam,
 Et Pagos Satzvey, Burveyq; Orveyq; propinquos,
 Quinetiam V Veyer, Kalmuth, Kahl spectat. & Heister
 Vicinum indè Nemus, Rin dictum, gurgite lento
 Vltra Marmagium, Steinfeldensesq; per agros
 Fertur, & ebullit, demùm procul indè remotum
 Per Treuirensè solum, Treuiroꝝ affunditur Urbis.

Dc

ARCHIDIOECESIS COLON.

De nostro hoc varia est sententia mensq; Canali
Historicis, quidamq; volunt, sub Caesaris avum
Claudij in hanc primùm transisse exordia venam,
Trajani verò perfectum etate Canalem,
Huic Vrbi nomen REIMBACH, Rimbachve dedisse.

XI.

RHENOVERCKA.

VNa sub Vbiacam vult Vrbs RHEINBERCKA
referrī

Archidiœcesin, quam Præterlabitur vndâ
Inferior Rheni tractus, trans Wesel & Orsoy.

Dicimus antiquè, certo hanc deberier Vrberis
Archidiœcesi, Finis quâ ponitur olli,
Quamvis ipsa Sicutum propter, Rheniq; Fluentum
(Vtraq; tractandis quæ sunt aptissima rebus)
Præsidium Hispanum primò, Batavumq; deindè
Senserit, atq; hodie possessa habeatur iisdem.
Ampla capaxq; sat est, bino circumdata vallo,
Et fossâ duplici, firmum in Munimen abiuit.
Non procul hinc celebris Bernardi ex ordine sacro
Abbatia jacet Fratrum, Camp nomine, ab illa
Mærseusis partim Comitatus tangitur Vrbe.

A Nautis Vrbs hac infrâ supraq; Carinis
Vecturis de jure capit vectigal, & illud
Hinc transportanda coguntur solvere Merces.

STATUS IV.

Ad Rhenum validam RHEINBERGÆ annexa-
re Turrim

De VVesterburgo Siffridus Episcopus olim
Est orsus, Prasul cui post VVigboldus ab Holste
Dicti Siffridi Successor sumptibus amplis
Extremam imponi curauit in athera dextratis.

Hac Rhenano-Vbiam directo limite Turris
Archidiœcesin distinguit, & iniecit olli
Finalem metam, velut hūc exordia jungit
Archidiœcesi Turris quæ dicitur Alba,
Antenasum supra, de qua jam diximus antè.

XII.

VNCKELIVM.

Vltiore vado, quæ Rheni littora spumant,
Archidiœcesis Rhenana sibi alligat Urbem
VNCKELIVM: sæcunda quidem tenet illius agros
Planities, propius verò circumq̃, sinistrum
Ad Rhen, dextrumq̃, Latus nectuntur Eidem
Bacchiferi Colles, VVesterwaldensibus aucti
Culminibus; rapidi iuxtaq̃, volumina Rheni,
Se nonnulla Situ per amœna Forensia produnt
Oppida, & hac inter Breisbachum, Erpela, simulq̃,
Insula Rulandi, Reguq̃, Genesis, iuncto
Heisterbacensi Bernardi ex Ordine Fratrum
Cœnobio, Drachenseltz quod sub Rupe locatum est.

Hi

ARCHIDIOECESIS COLON.

Hi septem Colles quasi sunt Clausura jugorum
 Hinc Rhenanorum, Germanorum inde supraq;
 Et longè lateq; omnes colla ardua Rupes
 Erectant, Montes prisca hos dixisse feruntur
 Rheticones, propè quos, ut sursum ad littora Rheni,
 Circuitus quàm se VVester vvaldensis in altum
 Ducit, & attingit vicinà valle Saynam,
 Vsq; verus Sedes Vbiorum stabat & Ara,
 (Agrippinates hodie quos dicimus) ante
 Quam trans rhenanas hos Marcus Agrippa culisset
 In Terras, de quo propè Lintz prolixius actum est.

A jam pretaeta, Drachenfeltz, Rupe Draconis,
 Allatoq; simul de flumine, nempè Sayna,
 Vsq; vagâ sese quàm VVuppera contrahit vndâ.
 Vsi petes Populi subsellia fixa tenebant,
 Iam passim Musepat gaudet Locus ille vocari,
 Et Pars Montensi quadam superaddita Terræ.

VVuppera quàm verò Rhenum currendo deorsum
 Labitur, ad Ruram Tenctri sua tecta locarant,
 Nomen ab Angaria fuerant qui flumine nacti,
 Vrdingam contrà positi, debentur & ipsi
 Montensi Patria: plùs infrà murmura Rheni
 Ad Ruram propiùs noti celebresq; Sicambri
 Degebant, qui nunc Patrie convivere gaudent
 Cliviaca, cujus populi Duisberga subibat
 Metropolis: Sedes Gallorum prima; frequenter
 Ex quo dicta Loco gens Franca movebat avito
 Romano imperio, trans Rhenum plurima bella,

Bella

STATUS IV.

Bella, ruinarum grandi comitante tumultu,
 Perpestisque crebris utrimuis cladibus, unâ
 Magni Fortunâ Clodovai Regis & ausu
 Vndiq; Gallorum Germanorumq; jacentes
 Ad Rhenum Terras, sua sub juga duxit & arma.

Iam velut à Septem deducti huc Montibus usq;
 Ad Rheni-Montense Latus, quo Phœbus Eoo
 Gurgite se tollit, Tenētri vsipetesq;, vocati
 Qui nunc Montenses, habitabant, atq; Sicambri
 Chvenses hodie: sed proxima montibus hiscē,
 Longiūs & sursum Flumen sua tecta Saynam
 Servabant Vbÿ, loca nunc habitata Colonis
 Agrippinatum partim Montensibus, atq;
 VVestervaldensi Populo, non absq; trophais.

Sic Treviri versus Coblenz, & longiūs ultrâ,
 Lahn propè, suprema exurgunt qua jugera Rheni,
 Nassovÿ errabant, Iulij qui Casaris avo
 Tunc illa Regione domos sedesq; locarant
 Gente Sicambrorum non inferiore; vetusta
 Qua loca, cum Populis, Titulisq; suis met, ad unius
 Enarrare foret longum nimis, attamen hujus
 Cùm sint Propositi, multos quoq; fallat eorum
 Cognitio, è Tacito, Plinioq; & Casare plenum
 Historicisq; alijs poterunt acquirere lumen.

Quod Fratres aliàs Heisterbacensis: ut actum
 Antè: Monasterij concernit, habemus abundè
 Hos dictum Stromberg Septem de Montibus unum
 Incoluisse olim, cujus sublime Cacumen,

ARCHIDIOECESIS COLON.

Continuos propter Borea^q₃ Austriq³ furores
 Deseruere, dein cum scepra Philippus haberet
 Archipater, Sacro Petri de nomine Vallem,
 Heisterbach hodie, petiere, locumq³ citatum
 Coeperunt habitare, novas ubi cernimus Aras,
 Bernardinorum pulcherrima marmora Fratrum.

Quod superest dictam supra spectantur ad urbem
 VNCKELIUM, in Rheno scopuli, lapidesq³ quadrati,
 Vnus quos inter, grandi se pondere multum
 Allevat immanis, pratervectantibus inde
 Assidue nautis metuendus, & usq³ cavendus.

Pracleari in Drachensfeldensis vertice Montis
 Casivi Lapides fodiuntur, & eruta Saxa
 VNCKELIUM iuxta, sic Vnckeliensia dicta,
 Vnckelstein vulgo, validis sunt apta locandis
 Mœnibus & Muris, Drachensfeldensia vero
 Magnatum aptandis Aulis, Procerumq³ Palaestris
 Mirifice profunt, qua diversissima mundi
 In loca, per Rheni vectantur Flumenonustis
 Navigiis, grandisstructura in quemlibet usum.

Insuper VNCKELIUM Lapides tres, nomē ab ipsa
 Sortitos hac Vrbe gerens Insignia prater
 Cetera se jactat, non parva Symbola laudis.

Virgineum in Rheno, Benedicti ex ordine Claustrū
 Aggrippinatum Fridrico à Prasule, juxta
 Hanc Urbem extractū est. Nonnē verde nomine, quōdā
 Insula Rulandi, multisq³ favoribus illi
 Cœnobio donisq³ Pater largusq³ Patronus
 Prasuit, & quantum fuerat donasse necessum,

λ

STATUS IV.

Contulit: ille idem curavit Episcopus Arcem,
 Dudum collapsam desolatamq₂ vetustis
 Temporibus, summo Rulandts-Eck culmine Montis
 Ad latus occiduam, dicti è regione locari
 Cœnobii, firmumq₂ simul Munimen in altum
 V Volckenberg duxit, demūq₂ hac functus in Arce est.

Hec adeo celsis qua Propugnacula stabant
 Montibus, & Castrum Drachenfeldense vicissim,
 Propter inhumanos animis crudelibus ausus,
 Barbaricasque neces, atraeque Tyrannidas illic
 Qua dominabantur, Magni sub Praesulis avum
 Hermanni, sunt strata imo dejectaq₂ fundo,
 Ut rudera ostentant, summamq₂ tulere Ruinam.

XIII.

CÆSARIS-INSVLA.

CÆSARIS hæc meritò propè Rhenum Vrbs
 INSULA nomen

Obtinet, adjunctum servat Væctigal & Arcem
 Conspicua fortem Turri, Tutela, Salusq₂
 Hæc Patria est; trans Rhenana substernitur ima
 Archidicæesi, tribus hisce Ducatibus infrà
 Montensi, Clivensi, Marchensique propinqua,
 In circumfuso jacet INSULA condita Rheno.

Hæc Augusta fuit quondam Trajanae, vocata
 WERDA alias, Heristalli primæva Pipini
 In propriis Sedes, Burgundi Principis, atque (a)
 Austrasia Regis, Staturâ & nomine Parvi;

[aAn. 708,

Cæsaris

ARCHIDIOECESIS COLON.

Casari invicti Caroli Voce, Omne Magni
Ille Parens fuerat, Plectrudis Regia cujus
Sponsa, Palatino de sanguine sanguis Avorum.

Hi Capitolinum, nunc versum in nobile Templum
Mundanis sacrum, claro de stemmate natis
Virginibus, dictum tunc temporis Austrasiorum,
Seu Lotharingorum sublime Palatium habebant
Agrippa, Indigetes possessoresque potentes.

Ecce supervenit sanctus Syvibertus, eodem
Temporis in vivis, illustri è sanguine ductus
Nortingram Comitum, quos Anglia nutrit, & or-
nat.

Hic postquam juvenis juvenili atate peregit
Vitam exemplarem, primoque Monasticus, ultra
Octo novemve annos, Eboraci est unctus ab ipso
Archipatre Egberto Canonum de more sacerdos,
Mox Abbas Dacorù studio, ac Pietate decorus
Exitit, Hortator fervens ad dogmata Divinam.

Assumpto numero bis sex exindè virorum,
Divinum Sacramentis quos Flamen agebat,
Ad convertendum Frisios Batavosq₃, supernis
Mittitur auspiciis: cum jam sub munere tali,
Quo fungebatur vir sanctus amore salutis:
Præsulis officium gestaret, Episcopus, ille
VVerdensis primus, Mitraq₃ Pedoq₃ coruscus,
Vir pius, & Frisonum jam dictus Apostolus, ecce,
Illius ut meritis Hollandi ex parte, Supremo
Iurassent verosq₃ Deo pia Sacra professi,

STATUS IV.

Radbodus Frisia Rex insidiatur ovili
 Christuolum, & tali bacchatur ubiq³ furore,
 Mystrarum ut duodena dein (novus ille profectio
 Cæcus Apostolicus fuit) in confinia passim
 Sit loca sparsa Cohors, & Divo sorte Syviberto
 Munus Apostolicum per Westphala contigit arua.

Indè Monasterium, Bilefeldt, propiusq³ Visurgim:
 Abitum tendit, quin & se longius effert
 Angariam versus, Montisque & Marchia in Oras:
 Ad Ruram, Populi qui Boructuarij amabant
 Tunc dici, & multus tanti Praconis ab ore
 In convertendis animabus, scilicet istas
 Per terras, omnem fructus crescebat in horam,
 Vt Miracolorum praeunte sequenteq³ Divum.

Cumq³ Boructeris bellum contingeret acre
 Saxonibusq³, loci propter confinia juris,
 Ad Magnum Austrasia Regem, dictum antè Pipinum:
 Et Sanctam illius, Plectrudem nomine, sponsam
 Venit Agrippinam, in dicta jam scilicet urbe
 Obtinuitque locum vir sanctus; ab auspice caelo
 Hic spe praedicta Plectrudis condere cepit
 In WERDA Templum, vicinis haec salutem
 Vt Terris Patrisq³ novâ plantaret in Ara.

Quod factum, ex eius poris es deducere vita
 Historiâ: demùm perfectio munere, multis
 Lucratis animis, Terrisq³ affinis, omni
 Cum Populo ad vera Fidei Mystera ductis,
 Aetatis nonus dum (a) sexagesimus annus.

Cur

(a) Ao. 717.

ARCHIDIOECESIS COLON,

Curreret, in sancta Vir sanctus pace quiescens,
Transscripsit caelis Animam, cineresque Sepulchro.

Hinc portentosam propter Miracula mortem
Quae comitata deum, & plurima signa, probata
In summa vita rebus Pietate gerendis,
A multis hodie colitur, veneratur, & illa
Eximius Tutor, caniturq; Patronus in Vrbe.

Magnus Dux verò, celebrisq; Monarcha Pipinus
Subsidio Divi postquam meritisq; Svviberti
Hanc juxtà WERDAM, bino de Marte trium-
phans,

Cum Boruckharijs (a) stravisset Saxonas, Vrbi
Robustus muris firmam superaddidit Arcem,
Quae (cùm succrevit gemino huic Vrbecula fulcro)
Sub Barbarossa Friderici Caesaris avum
KAYSERSVERDA fuit, seu CÆSARIS-IN-
SULA dicta.

Audit antè diu divini WERDA Svviberti.

Hunc Canonizavit WERDÆ Leo Tertius, illud
Festum exornavit Caroli praesentia Magni,
In magno numero Populi spectante cateruâ. (b)

Post Theodoricus Moersæ Comes, Vbius idem
Archipater, Thoma festivâ luce, (c) Gerardo
A Comite è Clivia, cognatâ stirpe Nepote,
Kaysersverdanum pro centum millibus Auri
Florenis, Castrumq;, simul Vectigal, & Vrbeni
Emit, & asservit, sic ut vi, jamq; vigore

De-

[a] An 749 [b] 803, [c] 1431.

STATUS IV.

De super erecti Tractatus, atq; probati
Consensus, etiam votis (a) concordibus, olim
Archipatre, & Statibus Patrie ad sacra foedera du-
ctis,

Tempore ab hoc Castrum, vectigal & INSULA certis
Vbiacae semper remaneret & usque, statutum est,
Archidiaecesi: Comes hinc Clivensis in omne
Sponte resignavit jus Urbis & Arcis, utrimque
Pro se, proque suis post-successoribus, inq;
Perpetuum robur, validis super astra columnis
Armatum Castrum, simul & compagibus urbem
Rhenanum iuxta Flumen, per commoda propter
Strata Situs firmis circumdedit undique vallis,
Inq; reale dein (ut adhuc) Munimen abivit.

Hac adeo fortis lustratur Turris in Arce,
Ut nec Tormento possit quassari er ullo,
Ignicrepove globo, Balista, ullove Molari.
Quin ita provisae est rebus sub quemlibet usum
Arx, hosti ut terror sit & Vrbs jam terror Eidem.

Nitro-pulveream tetigerunt fulmina Turrim
Nuper in Arce, cui damnum sae (b) grande tulerunt.
At citra vulnus Muniminis huius & Urbis.

Hac exempta olim per Vectigalia Rheni
INSULA, & Indultis aliis donata: sed inter
Hac, primum est, nulli quod concedatur adire
Ex Gelris Regimen, Clivis, Montensibus ullum:
Hoc Patriota autem soli servatur Honori,
Inque Dicecesinatis, patriaeque Ministris.

XIV.

[a] An. 1463, [b] 1656. 5. Julii.

XIV.

ZONTINA.

VRBS ZONTINA Vbia, complexa Telonium,
& Arcem,
Archidiœcesi substat, quam verberat infra
Rhenus Agrippinam: huc, quondam Vestigal ad
Vrbem

Nuſſiacam positum, Rhenana propter Aquai
Defluxum, cessit: Dant nominis Etymon huius
A Sunicis quidam: quos postea legimus Hunnos:
Quo Sunderſſetiam dici vult nomine: verum
Hac contra Tacitum pugnat Sententia, clavis
Qui probat in scriptis Vbios, aliasve Colonos,
Vsq; Betavv à Coblentæ, vicino in littore Rheni,
Hanc defensuros, adversus Teutonas, Vndam,
E regione sitos, hinc indè fuisse locatos.

Hoc etiam multò minùs est fas credere, in hisce
Partibus ad Rhenum Sunicos vixisse, vocatos
Post Hunnos: verè hec fundatur opinio grandi
Erroris fulcro; nam lectum est sapius, Hunnos
Vndecies sanctam cum mille Sodalibus, inter
Virgineos de jure Choros, & Martyras, antè
Agrippinensem circumvallantibus urbem
Vrsulam inhumanà mactasse tyrannide, neue
Hoc ullo in textu posse, aut potuisse probari,

Qui

STATUS IV.

Qui quondam has, avum prodire sub Attila, in oras
 Quiverit Hunnorum malesana propago: sed illi
 Sunt informandi, dictos hac taliter Hunnos
 In loca delatos, ad Rhenum nuper Alauni
 Qualiter atq; Gothi, Gens Hunnis proxima, quorum
 Dux Maximinus erat, qui pœnè Vicelia in urbe,
 Mammaâ cum Matre fidem Christi ore professa
 Casarem Alexandrum per vim fraudeq; dolosq;
 Truncavit, nisi suo substernere juri
 Imperium, at demùm multorum sanguine fuso
 Christicolùm, quos ipse neci dedit, horrida mortis
 Supplicia Aquilæ dignus gravioribus usq;
 Tormentis, idem sensitq; hausitq; Tyrannus.

Nunc ut propositum tangamus, & Urbis ad ip-
 sum

Labamur nomen, ZONS dici vult quasi Zu-ONS,
 Antiquis verò Friedstrom, reperitur in actis,
 ZONTINA in Latio sermone: hinc addidit Archi-
 Antistes firmam Dux Westerburgicus Arcem
 Siffridus (a) propter causati fulmina belli
 Tunc Agrippinam quæ detorquebat in Urbem.

Archipater de Sarverda Fridericus, ibidem
 Sponte Teloniatam, Petri de nomine quondam,
 Extruxit Turrim, ZONTINA robur in urbe.

Hujus Circuitus Situs huc illucq; vadofas
 Ad Rheni ripas, viridantibus ordine Pratis
 Vernat, & hinc contrâ Rus, nobile turget opimâ

Fer-

(a) Ao. a 129e.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Fertilitate solum, planoq; sub aequore Tellus.

Hos Satrapatus agros: olim Comitatus, amabat
 Hullickradt dici: vicinis tangit arvis,
 Henricus quem de Virnburgo (a) Praesul, ad amplas
 Nummorum expensas, Argenti pondus & Auri,
 A Theodoberto, praecleara stirpe, Lovone
 E Comitum Clivia possessum, rursus avito
 Archidioecesis juri emit, & usq; redemit,
 Quin & in Vbiaca convexis moenibus Arcem
 Praesidium Ecclesiae, Robur, Munimen, Asylon,
 Tutelamq; vbi summa in fastigia, crassis
 Turribus, & Fossis curavit utrimq; coire.

Iam sub praedicto Satrapatu, Martia quondam
 Quae via Romulidum, Woringa (aliasve Buruncum:
 Oppidulum) taliq; loco jacet, Ara Tonantis,
 Divorumq; Aedes quo nunc extracta videtur,
 Romaniq; olim Castrum stetit agminis, Horneck
 Nomine, nec multis abiere Decembribus anni,
 Cum Romanorum monumenta antiqua reperta
 Hocce loco, raras populo monstrantia formas.

Non procul inde, tamen fors parvam impenderit
 horam,

Lucundo in Luco jacet Abbatia celebris
 Norbertinorum, Knechtsteden, Episcopus Hugo
 De Sponheim, jam jam morti quam proximus, ipsis
 Fundavit Divis, alias monialia plura
 Clausura, velut Langvvaed & Eppinckhofen ad Erstas.

Præ-

[a] An. 1323. 30. Ian.

STATUS IV.

Prætereunda mihi non est Processio, magno
 Quæ numero Populi in Nivenheim, sacra quotannis
 Vota Deo solvens, in Salvatoris honorem
 Tendit, & hinc quivis haurit captatq; salubrem
 Corporis atq; animi sanâ virtute Medelam.

Hæc Satrapia etiam venit Patrimonium, avita
 Præsulis Eximij, Conradi, Illustris ad Aram
 Hochstadiumq; suo Comitatus Residentia jure:

Hinc penes Hulckradium Vicus, quem dicimus
 Hæsten,
 Hochsteden quondam, superest, quo Præsule junctus
 Holzensis Comitatus, uti quoque plurima Sedes
 Tam Comitivarum, Ditionum, quam Regionum
 Metropolitanas Vbiorum cæsit ad Aras.

Ius Zontinensis servat pro tempore Consul
 Graminis & Frondis: Friderico à Præsule nuper
 Roboris eductum valido munimine Castrum,
 Exhibet Archivum Zontinense, antè fuisse
 Delubrum, Templive Domum, quin jugera circum
 Inde jacent Templi, Templaria nomine dicta,
 Tempellandt alias: Hassorum Marte furente
 Cùm deiecta globis rudera, evulsaq; columna
 Sunt restaurata, dicti fundamina Templi,
 Adstructiq; Chori certis patuere figuris.

Laude coronatur Zontina, Exercitus agrum
 Hassorum hunc, quandò vastabat milite (a) Castris
 Novesij educto, binis crudeliter urbem

Ten-

[a] An, 1646.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Tentabat vicibus, Ravenhaubtq; furentibus armis
 Destitit haud quaquam; verum Goltsteinius illic
 Commendans ausis violentus restitit, Arcem
 Atq; Urbem servans pro Numine, Cesare, Divis,
 Cacos pugnantes Hassos sub nocte salutat
 Taliter, ante diem, ut caeca confusio noctis
 Indefugam, hinc abitum nocturno suaserit Hosti.

Ast vice post alia, Melandri adventus eandem.
 Obsidionali clausam cinctamq; Phalange
 Urbem dissolvit, libertatemq; redemit.

Binos post annos ZONTINA haec pectora Martis
 Ulterius sensit, dolor, eheu! (a) Castra propinqua.
 Hassorum rursus quando Lamboius agro
 Grevenbrochiaco temerè est aggressus in armis.

Primitus in Cattos quamquam felicia signa,
 Atq; trophaea tulit, tamen his Fortuna noverca
 Consilia ordiri desperabunda coegit.

Cumq; recisa esset via, Et interclusa potestas
 Erstam transiri clausam, victoria cessit
 Non sine clade tamen, penes Hostes, fausta repente.

ZONSLA murus erat casu hocce, resumere vi-
 res

Lamboio permittit, abhinc non tempore longo
 Offensivè adit Cattos, Padebornia Castra
 Invadens, urbemq; illam pro Praesule servans:
 Progressus vetitus; Pax almarecondidit Enses.

XV.

LYNNA.

Inter Rurales unam sustollimus Vrbes
 Archidiaecesis LYNNAM, cui firma jugatur
 Arx, Satrapave Domus, quò se bis terve per Annum,
 Sapius aut etiam, gestans pro tempore fasces
 Archipater Cervos, consecraturus & Apros
 Derehit, & Lucos pasim venando peragrat.

Hac, etenim Inferior qua collustratur ad Eurum
 Parte, Diaecesis, lignorum fertile circum-
 Quaq, Nemus frondet, multaq, sub arbore densi
 Visuntur Saltus, Majorum Lustra Ferarum,
 Ingenti hac numero qua per Dumeta vagantur,
 In Venatoris prona venabula cursu.

A Rheno binis fermè quadrantibus hora
 Vrdingaq, jacet, propè quam stat cernere Claustrum
 Virgineum: Mehr Nomen huic: Residentia quondam
 Illustris Comitatus fuit, & Comitatus ibidem.

Hunc post Hilgundis Superis adscripta, per ejus
 Gnata Hadevvigis: ibi Sacra que Prima Palastra
 Abbatissa fuit: Consensum, unumq, Sororis
 Vocum Elisabetha, Comitisse à Randerath atq,
 Lidbergâ, Divam, rerum Patrona Sacrarum,
 Præmonstratensis fundavit in ordinis Aedem.

Præsul

ARCHIDIOECESIS COLON.

*Prasul Reinoldus de Dasselen addidit illam
Archidioecesi: verum urbs à Prasule LYNNA
Henrico Vurnburgensi civilibus aucta est
Iuribus, & multis dotata a Favoribus (a) illa
Cum Reesa, Rheni, quæ nunc Clivensis, ad Vndam
Permutata fuit. Dicta quæ subjacet Vrbi,
Non modò prevalidis Arx in fastigia muris,
Obductisq; vado Fossis, at quaq; rotundâ
Amplâ, robustâ, & forti circumdata Turri est,
Quæ Furnis, Putrisq;, Molis, alijsq; sub ima
Queis opus illati fuerit discrimina belli:
Rebus, & adjunctis provisa sat, atq; repleta.*

*In propriis olim Clivia Comes Vrbe Iohannes
Hac utebatur LYNNA Possessor, (b) & Heres,
Cujus post mortem Vidua, pro tempore vita,
Iuribus appropriis LYNNA assignata Mathildi est.
Invida huic autem Patruî Successio Adolphi
A Latere è Clivia Comitissæ, Vidua ipsa suomet
Arbitrio Satrapam Stephanum de Dunen honesto
Officio removet, quod participare negaret
Fraudis in astu, ergo Henricum de Strunckede fecit
Prefectum Officii, cum quo convenit, ut ipse
Affereret LYNNAM simul Orsoviâq; probatum
In pignus cessisse sibi, pro millibus octo-
Ginta, ex antiquis Schildorum, nomine tali
Ut simulando sibi binas afficeret Vrbes.*

Quod sic Henricus de Strunckede fecit, & orta

Hinc

(a) An. 1330. (b) 1370.

STATUS IV.

Hinc Patria gravis est, inter, lis magna, Dynastas.

Et quia communes tractus quacunque Viarum
 Infestabantur spoliis, crebrisq; rapinis,
 Archipater Sarvverdensis Fridericus inivit
 iam cum praetacto Henrico de Strunckede firma
 Foedera Tractatus, ut Castrum Praesuli & Urbem
 Agrippinatum pro certa ex aere Moneta
 Cesserit: ast demum post multos inde tumultus,
 Cum Comite est ictum Clivensi foedus Adolpho,
 Ut Fridericus ei pro summa solueret ante
 Septuaginta Auri Florenum millia, tandem
 Ut propria Vbiace stabilisq; Vrbs LYNNA maneres
 Archidicepsi, Reesa, Aspellumq; vicissim
 In dictum hunc Comitem transportarentur, ut a-
 ctum est,
 Et sic LYNNA Patri Patria pro tempore paret.

XVI.

VRDINGA.

Proxima Rhenanis VRDINGA Vrbs jungitur
 undis,

Inferioris ubi tractum gremiumq; subintrat
 Archidicepsis, plano superinsita fundo,
 Frugiferamq; solo, quod pingues nutrit aristas.

Hoc in complexu, sub Christi circiter annum

Post

ARCHIDIOECESIS COLON.

Post sexaginta, denum: cum maxima totum
 Seditio Imperium Romanum, Urbesq; teneret,
 Exortos propter conjunctis Casaras armis;
 Discordes etiam motus, belliq; tumultus
 Surgebant juxta vicini Flumina Rheni,
 Claudius e nota densum Civilis ut agmen
 Gente coegisset Bararum, multumq; propinquas
 Turbarum, multumq; mali vexisset in oras:

Romana actutum Praeses Ductorq; cohortis
 Ordeonius Flaccus contra sua signa movebat,
 Quo Dux ille loco Castrum sibi forte locarat,
 De cujus Munimenti cognomine, juxta
 Multorum mentem, quorum sententia nobis
 Perplacet; Ordo quasi hac vult Vrbs VRDINGA
 vocari

Aut Castrum Ordeonij, quamvis ut plurimus Vrbi
 VRDINGÆ Scriptor grecum subscribere nomen
 Gestiat ἐγγλυειν que vox Magazina vocatur,
 Esse domus, sicq; VRDINGÆ de nomine mens est.

Vicinis alias in partibus, obvia proni
 Littora trans Rheni, sita gens, populiq; coevi
 Plurima Romanis movere incommoda, longas
 Difficilesq; acies, & maxima praelia belli.

Hujus precipuum Roburq;, potentia, visq;
 Gentis ad VRDINGAM, Duisbergæ: Regia Sedes
 Quae tunc Francorum fuerat: conjuncta vigebant;
 Hiq; simul fusosocialibus agmine nervis
 Precipuum Romanorum Munimen ab imo

Afch-

STATUS IV.

Aſchburgum fundo ſic deſtruxere, lapſus,
 Vt nihil hoc ævo, capitis, caudæve ſuperſit,
 Hoc ſolum excepto, quod in iſtis finibus, altam
 Subter tellurem, quondam Gentilibus uſa
 Diuerſis diſperſa locis Nummiſmata ſeſe,
 Atq; Characterum ſpecies, & Grammata vaſtis
 Prodidert Saxis incifa, ad Flumina Rheni,
 Et juxtà vicum, qui dicitur Emmerig, intrà
 Moerſenſem Comitatum Aſchburgo, Vrbiq; propin-
 quum

VRDINGÆ, in tanto tam pauca invenimus Agro.
 Tunc alia ex aliis excuſſibus Hoſtis, in amplis
 Munimenta locis, grandes perpeſſa ruinas
 Perpaucas tenuere Domoſ, quæ condolet inter
 Calo, Calenhuſen vulgò, ſimul atq; Vetèra,
 Quod poſt Cænobium, Vorſtenberg nomine, ſtru-
 ctum.

Romani verò ſummam ſubière cruenti
 Hoſtis onus, rabidi damnum irreparabile Martis,
 Vrbs Princeps Horum Traiana Colonia quandò
 Francorum ſubiit motus, æquataq; fundo eſt.

Hæc ſita poſt Xanthos Vrbs luſtrabatur, in ip-
 ſo
 Tramite, quo Xanthis Zoniſbeckam tenditur, illà
 Divi Bernardi quæ nunc ſpectare ſacellum
 Parte licet, ſolum tam grandi ex urbe ſuperſtes.

Crudeles aded ſtrages fecere, ſub illa
 Hæc etate locis, gentiles, martia, Franci

κ

Pectora,

ARCHIDIOECESIS COLON.

Pectora, tam nocui vomuere tonitrua belli.

Iam velut VRDINGÆ Munimina proxima, &
infra

Romulidum, Rheni trans murmura fusa deorsum,
Tam misere prostrata jacent, sic ante profata
Haud minus atroci Martis Castella furore
Demolita gemunt, ut Gelb, Gelduba vetustis,
Qua nunc pauca ades fumant, pauciq; camini;
Hujus voce loci, Populos hinc inde jacentes
Geldubas olim dixere, locusq; citatus
Tangitur à Plinio; Galbâbis Sulpitius oris
Rhenanos conservando sudavit, & omne
Impiger in studium circum adificare propinqua
Castra locis, magno hinc Galba de Casare venit
Gelba, jacent antiqua etiam fundamina ibidem.

Creditur à multis quod sit nova Tracia Erar
hendi!

Iam quamvis Ericetum extet, tamen usq; leguntur
Existis Gelbis, quidam quod nempe Monarchis
E Romanorum, Casar curavit opimum
Inde sibi fructum, Siferis sub nomine, Romam
Transferri, cujus Tellus ea prodiga foetus.

Hâic Geldubarum genti (a) Mysteria Sacra
Divus Syvibertus fidei suggestit, in urbe
Werdenli residens, aut Casaris-Insula: ab o
jus

Cœlica Evangelij captabant Prasulis ore

[a] An, 705.

STATUS IV.

Dogmata, divinis mentem informantia rebus,
 Presbyteros his ille dedit Missaq³, Ministros
 Preposuit, Præcoq³, fuit, delubra profanis
 In quibus Idolis, funestos Thuris odores
 Et Sacra falsa dabant, Divum convertit in Aras,
 Sancivitq³ piis sacro de more statuis,
 Et dictam primus perduxit ad inclyta gentem
 Castra Dei, verumq³, dedit cognoscere lumen
 Salvificæ fidei, quæ celsus aditur olympus.

De reliquo Henricus (a) Præsul Virnburgicis
 vrbi

VRD'NGÆ fossas, Muros, Turresq³, simulq³
 Cum Claustris Portas, Civilia iuraq³, nomen
 Vrbis ut inferret, subjecit, & addidit: ante
 Absuit à Rheno passus Vrbis illa trecentos
 Ultra, quod spatium Rheni devector unda,
 Alluviumq³, ferè dictam delambit ad vrbeni.

[a] An. 1330.

XVII.

REENSA.

Hinc ultra Coblentis, Rhenana ad Flumina,
 REENSA,
 Archidicæsis quamvis à Corpore paulum

Distes

ARCHIDIOECESIS COLON:

Distet, ad Vbiacam tamen ipso jure refertur
 Archidioecesi, sed adhuc sub Pignore vivit
 Hassorum: Vrbs eadem muris & turribus aucta
 Adjacet apricis Bacchiq³ feracibus Arvis,
 E quibus Albellum, sat vinum forte quotannis
 Provenit, & quanquam Vulgo in proverbium abivit,
 Vinum REENSENSE haud decus est, neque gloriae
 mensae.

Attamen hoc gustatur odore, colore, sapore.

Hac Divi quondam fuit Vrbs ex ere Paterno
 Praesulis Austrasii Cuniberti propria, Rhenum
 Qui juxta Fluvium hunc, & jus quod habebat, ibi-
 dem

REENSEQUE & Zeltinga, Rattichyq³, Mosellam,
 Omnibus adiunctis Vbiam transfudit in Aram.

Hic aded insignis claret Prospectus, ut uno
 Intuitu, in quatuor Castella, & quatuor Vrbes,
 Inq³ Dynastiarum Ditiones quatuor inde
 Lustrari detur: REENSAM, quam vendicat Archi-
 Praesul Agrippinas, Stoltzenvestam atq³ Capellam
 Annexam Treviris, & cis vaga littora Rheni
 Overlahnsteinam, Lahneckamq³ insuper Arcem
 Iure Moguntinam; Braubach Castrumq³ vicissim
 Marxpurgum, & Princeps hoc Darmstadiensis ad-
 optat.

Hanc supra REENSAM multoq³ propinquis
 Urbem,

Ad Rhenum Structura vetus, collapsaq³ prorsum

STATUS IV.

Est sita sub nucibus, qua Regia Sella vocatur:
Wenceslaus in hac Casar, quem diximus olim
Ignavum, propter delicta patrata, quibusq;
Romanum Imperium destruxit & are gravavit,
Consilio Procerum, Regno detruditur & sic
Post M. bis duo C. exauctoratur ibidem.

XVIII.

MECKENHEIMIVM.

IN nostra exurgit, MECKENHEIM, metra
Forense

Oppidulum, nuper (a) quod adhuc transivit in Vr-
bem,

Iuribus urbanis, aliisq; Favoribus auctum,

Archidiecepsis reliquis ex Urbibus, aqua

Libertate valet, geminoq; potitur honore.

Vrbs hac in plano lustratur condita campo

Faecundis utrimq; agris, pratisq; rotundum

In gyrum vernat, vicinam hinc montibus addie

Eisliacis partem, partemq; Aralibus indè

Culminibus neçtit, binis innixa columnis.

Hic in Marmoreo ducto sublimè sepulchro,

A varj circum populi praeunte catervâ

Im

[a] An. 1636,

ARCHID. COL. STAT. IV.

In Pastoralis Divorum rite frequenter
 Ecclesiâ Sacri cineres, atq; ossa coluntur
 Wendelinorum. Fernandi tempore Magni
 Præsulis, hæc Vrbs ad Patria Comiticia scripta est.
 Sanctus de Sonnenberg Archiepiscopus ANNO,
 Diva à Richezâ MECKENHEIM cepit, & illa
 Tam celebris Matrona fuit Regina Poloniæ.
 Illius postquam Meieceslaus abisset.
 E vivis Coniux, quam plurima munera præter,
 Quæ pro structura dedit ac fundamine Templi
 Collegiivæ, Gradus Mariæ quod Virginis, alto,
 Agrippinensi Titulo dignamur in urbe,
 Archidiocæsi junxit, iam cernimus Urbem.
 Hinc in prætaçto tumultata Richeza quiescit
 Collegij Templo, quâ demonstrantur ad hucdum,
 In Mausoleo defuncta Cadavera talis
 Matronæ, tantæ Regine, Authoris & hujus
 Ecclesiæ, de qua Benefactrice atq; Patronâ
 Imperij Pomum MECKENHEIM gestat in Armis.





ARCHIDIOECESIS
COLONIENSIS
P A R S
VVESTPHALICA.

VVESTPHALIAE quamvis vno sub No-
mine, Totum

Hoc comprehendatur, quo septimus ordine constat
Circulus Imperij, cujus Divisio trinis

Sistit in Ordinibus, quae Particularis ubiq³ est.

Religiosi etenim praecunt, quos Primus, & Alter
Principibus surgit, verum Imperialibus Ordo

Vrbibus est Ternus: Padebornus Episcopus antest,

Vltrajectinus, Mimigardenvordt, Eburonus,

Cum Cameracensi hinc Osnabrugensis, & in de

Min-

PARS WESTPHALICA.

Mindensis cum Ferdensi de jure sequuntur:

Pralati, Werda, Stabuleti, Corneli ad Indiam
Nempè Monasterij, Echternaci, Corbiaciq³,
Abbatissa, Heruordt simul Esseniisq³ coruscant.

Altra Ducum, Comitumq³ subit Pars, sacula
servans,

Quà Iulia, Montis, Clivia, Marchaq³ supremus
Est Princeps, Comes Embdanus, Luceburgius, at-
que

His Orientalis Frisus, Dileburgicus altus,
Manderscheidt, Virnburg, VViedt, Sayn, Ridtber-
gius, illis

Brunckhorst, Bentheimus, Tecklenburgensis, &
Hoius,

Oldenburg, Steinfurt, Reckum, Pirmundius, Ar-
burgh.

Culenburg, Diepholt, Schaumberg, Spielbergius,
Hornus,

Queis Domini in Semerauf, VVinnenberg, Lippius
astant.

Tertia jam sequitur Pars Imperialis, & Vrbes.
Continet: ex illis prima Agrippina, subintrat
Postea Aquigranum, Camerich, Doremundia,
Soistum,

Hec loca Westphalia sunt appropriata potenti
Circulo, & hinc vnum cessere in Corpus ab Anno
Mille & Quingeno. Salva est sua Sessio cuiq³, &
Matricula Imperij Romani adscripta leguntur.

Dumq³

ARCHIDIOECESIS COLON.

Dumq₃ graves causa, Momenta & Pondera Re-
gni

Pertractanda cadunt simul, Imperialibus adsunt
Aptè dispositi Convenibus Ordine, sedem
Quisq₃ suam scandit, dat vota, & jura tueatur,
Sive is mundanus, sive Ecclesiasticus intret.

Nil Tamen huc faciunt tot prævia, namq₃ Du-
catus

Westphalia, si recta tenes vestigia, quondam
Saxonia Ducibus proprius, bellante Leone
Imperij adversus Regnum de jure rebellis;
Barbarossa exin Fridericus Caesar, Eundem
Imperij Consensu: Vbi pro Prasule cessit,
Pro quinquaginta marcarum millibus, illam
Electo summam soluit Philippus ab Heinsberg,
Archidiecesis de quo transivit ad Aram,
Perpetuè nomenq₃ tenet, Successor & ejus
Westphalie, Angaria Princeps, ut diximus antè.

Hic binas Arensburgum, Angariamq₃, Ducat-
us

In gremio servat Comitivas, itq₃ jugosas
Arduus in Rupes, pollet Venatibus omnis
Aprorum generis diversarumq₃ Ferarum,
Et Salis, & Ferri, Plumbiq₃ Aërisq₃ fodinis.

Sex nutrit Rivos; Ruram, Mœnumq₃, Lenun-
que

Almam, & Dymellam, quæ non procul indè Visur-
gim

PARS WESTPHALICA.

Influit : aquor agros ubi planum sustinet , omnis
 Fertilitate graves , & frugum munere opimos,
 Hoc Arensburgum super Angariamq₃ , Ducatu
 Sunt hae comprehense , quas subdere proderit , Vr-
 bes.

VVerla prait , celebrem quam fertile pradicat
 Arvum ,

Et loca sacra salis , multoq₃ coluntur honore,
 Illic Nobilium antiquissima stemmata Sultzrüm ,
 Quaeis Regni Reges , quaeis Imperiūq₃ Monarche
 Multa Indulta ultro , multosq₃ dedere Favores.

Arensbergum sequitur : recto de nomine dictum
 Adlersberg alias: Residentia Principis , illi
 Electoralis , jucundo in vertice Montis
 Ad Ruram , magnum desert Encomion Urbis.

Insuper hoc ipso surgunt haec Oppida Tractu :
 Neihm , Balve , Plettenberg , Afflen , Meschede, Bri-
 lon ,

Attendorn , Ruden , Statberg , Drolshagen , &
 Olpe ,

Oldendorpf , Menden , Volckmar , cum Geseke , &
 Hersberg ,

Schmallenberg , Fredeberg , Medebacum , & VVoste ,
 Niehausq₃ ,

Hallenberg , Ostenberg , Kaldenahr : Oppida sunt .

Hae Padebornensi Regio Titanis ab ortu
 Rite Diocesi , VValdecensiq₃ , propinqua
 Est Comitiva , Hassi verò tanguntur ad Austrum.

ARCHIDIOECESIS COLON.

Est Westervaldense Nemus, stat Marchia, stant
que

Proximi ad Occasum Montes, septemq; Triones,
Antè, Monasterium. Comitumq; Lippia surgit.

Verùm Westphalia, Patriotarumq; vicissim
Qua sit Proprietas, hoc è Proverbio habeto.

Hospitium vile, grob Brodt / dum Bier / lange
Wenle

Sunt in Westphalia, si non vis credere, loq; da.

Hac tamen innumera ex aliis Regione Ceteræ
Atque greges Ovium terris abiguntur, & hujus
Qualescunq; modi Pecudes, nutritur audis:
Et quia Cælum illic, multoq; salubrior aura est,
Hinc nihil ad Pecorum pastumq; alimentumq; deesse
Credimus, imò etiam complexio fortior illic
Naturæ est Hominis; quare graviora laborum
Ferre iuga assuevit, Mercaturamq; bonaq;
Gnavius exercet, discunq; impigrius artes
Ex omni populo: laus Westphala sufficit. ampla est.

Hûc Cæsar primùm Carolus de nomine Mag-
nus,

Induxit terra caelestia dogmata, Sacram
Christi nempè Fidem; verùm, Gens illa, profundè
Idolis immersa nimis, càm prorsus avaro
Difficiliq; iugo flectiq; trahiq; nequiret,
Plurima Mancipiis Vernisq; gravamina, dicta
In Patria sunt scripta, Fidem quæd mire negarene.

VESTA=

VESTA
RECKLINGHVSANA.

RECKLINGHUSA licet Rhenana à Corpore
paullùm
Archidiœcesis stet, VVestphaliæq; Ducatu,
Hanc tamen Vbiacæ Telluris Circulus ambit
Archipatrisq; tenet sacra Iurisdictione, Binis
Vrbibus in Binum Muniment transit, & inter
Hæc duo, Suprema jam RECKLINGHUSA, sed
Ima

Vrbs Dorstena tenet VESTÆ memorabile Nomen,
Ast Hornenburgum primas fert, nobile Castrum.
Hæc Embiscaria, Lupiaq; inclusa videtur
Terra Toparchalis, frugum Pecorumq; benigna
Mater, alumna, Parens, ac fecundissima Nutrix.

Imbsara Marchensi in Comitatu exordia ducit

Apelterbeckam iuxta, propiusq; Tremonam,
Trans RECKLINGHUSAM fluit, Orsoviaq; pro-
pinquo

Rurordaëq; vado, Rhenana illabitur unda.

At Padebornensis Lupiam dat currere prima
Fonte Diœcesis, Montana Cacumina subter

Romanis

ARCHIDIOECESIS COLON.

Romanis Teutobergensis Saltus, at olim
Dicta, penes Vicum Lipspringam, Lippia origo
Cui nomen tribuit, per Sennamq; inde susurrat,
Post Padebornensem Residentis Principis Arcem
Nerubausam, donec Padula jungatur & Alma,
Hincq; Monasterium trans, Angariaq; Ducatum,
Lipstadium ire parat, Lunamq; Hammumq;: latius-
que

RECKLINGHUSANI tangit Muniminis unum,
Dorstenam praeter: qua Pontem Vrbs dicta vsamq;
Obtinet: & tendit Rhenanum in Flumen, ad imant
Vicelliam. Verum rursus ut properemus ad Urbem
RECKLINGHUSANAM, Comes hanc Maerssen-
sis, & Archi-

Praesul Agrippinas Theodoricus, ut olim
Clivensem contra arma Ducem bellumq; movere
Obsessa Suis Vrbe, gravi Mavorte, Serenos
Ad Schavvenburgi Comites pro pignore mille
Septingentorum quinquagintaq; ligavit
Quinque Florenorum, quam Salentinus, eandem
Isenburgensis Comes Archipaterq; refundens
Nummorum Summam, sub Pristina iura reduxit
Archidioecesis, cui nunc pro tempore servit.

RHENVS

RHENUS FLUVIUS.

Mentio per dictas huius cum saepius Urbes
Fluminis occurrat, consultum duximus, or-
tum

Illius, & si quid memorabile venerit, inter
Cetera, sub finem gemino deducere retro.

RHENUS ad arbutum Vadiani, nomen adep-
tus

Precipitur à lapsu, rapidoq; gravi impete cursu,
Qui per Teutoniã fortissimus, immò per omnem
Maximus Europam FLUVIUS censeatur, in altis
Rupibus antiqua producit originis usum
Helvetiaq; jugis, Avium qui nomine Montes
Appellantur adhuc; Gothardi Collis ad imam
Radicem, binò Capite, Anterioris habente
Nomen ab hoc Rhene sed Posterioris ab illo:
Et semè in forma Luna primordia cursus
Bodentium penetrando Vadum tenet, inde deorsum
Teutonis ulterius recta perlabitur Arvam,
Conducens secumq; vehens diversa Carinis
Commoda tranandis, & cetera multa fluentia,
Quae circumcirca Rhene portantur in Aequor;
Neccarus haec inter Maenusq;, Mosellaq; gaudens
Primatu, medium trans Coblent. vsq;, Mosella

DEUS

RHENUS FLUVIUS.

Donec ad ingressum, penes Albam nomine Turrim
 Agrippinensem Sinuoso gurgite lamias
 Archidiocesin: recto praterfluit inde
 Antenacum lapsu, Lintz, Bonnam, sicq₃ supremos
 Per Terræ tractus Vbtorum admiratur at Urbem,
 Novesiumq₃ petens, Werdam, Vrdingamq₃ per ima
 Arua Diœcesis, Rhenoberckamq₃ susurrat:
 Ast infra Emricam Clivia per jugera, sese
 Ad Schenckenschantzam binas extendit in Vndas,
 Altera Wala audit, Phœbiq₃ cadentis ad oras
 Æstuat, atq₃ Mosam, quæ Lervankeina, subintrat,
 Altera pars Rheni servans genitabile nomen,
 Tendit in occiduos, quæ Manali Vrsa, Triones,
 Inq₃ duos rursus Fluvios partitur, & horum
 Vnus in Hispanios, Arnheimum, suspicit agros,
 Alter Hyperboreos Aquilonis pronus in axes
 Stat Suder-tranare Lacum, variatq₃ propinquum
 Nomen in Isellam, sed qui prelabitur Arnheim,
 Inq₃ Betavv fertur, verso vult nomine Lecca
 Dicier; ante quidem per Leydam fluxit in ipsum
 Oceanum, verùm dùm Sequana (a) propter obortos
 Ventorum motus tempestatumq₃ furores
 Ardua arenarum iuga vi sublimius ipsis
 Ejectasset agris, per dictum est flumen adactus
 Per Culenbergam, Schonhoven atq₃ Vianden
 Se Sociare Mosæ trans Vrbes, Rotterodamum,
 Scheidamum, & Brielam, jactura donec avisi
 Nominis, Oceanum Borealem Teutonis intret:

Talis

(a) Ad. 1170.

RHENUS FLUVIUS:

Talis ubi ingressus quondam, propè nominè Pagum,
 Catvichium in Batavo fundo, quà Sequana spu-
 mat,

Consuevit fieri, qui Dunas nomine, Montes
 Propter arenosos fuit interclusus, ut antè
 Diximus, & soliti dudum fracta Ostia cursus.

Hic antiqua super Monumenta & Rara, vetusta
 Romanorum Arcis, Castrum dic esse Britannum,
 Fundamenta vides, cujus Muniminis Author
 Extractorq; fuit Caius Caligula, Caesar
 Romanus, de quo nuper tellure remotà
 Dum Rudera extarent, & se fundamina tortis
 Objicerent oculis, Phrygio ditissima Saxo
 Marmora cujusvis Generis, Nummismata, Rara
 Qualibet, antiquis Signorum incisa parergis,
 Grammaticis, Iconibus, superinscriptisq; figuris,
 Sunt miris inventa modis, testantia Priscos,
 Hosq; Characteres X. G. I. presata notarant
 Marmora, sub talisensu, ex Germania utrimq;
 Inferiore. Satis jam constat Teutonas inter,
 Quos fovet inferior tellus, non Vbia solum
 Archidiecepsis comprehendì jura, sed imum
 Ad Rheni tractum quoq; conregnare, situmq;
 Et stabilem servare locum, quia scilicet infrà
 Hac loca, privatur genuino Nomine Rhenus.

BELLVM.

BELLVM
COLONIENSE,
&
VVESTPHALICVM
NOVISSIMVM.

Vix inceptus erat Millemus circiter Annus ,
Cum sexcenteno denus quater atq; secundus ,
Vbiâ ut egressus Patriâ quasitor honoris
Castri, qua Rheno conjungitur unda Mosella ,
Ecce supergreditur malefaustus Nuntius, ille
Hostis, ait, Gallus, cum Wimonariensibus Hassus,
Vbiacum subire solum, Wesalia namq;
Transgressum Rheni cessit prabendo carinas,
Inferior miserè torquetur Patria, ferro
Omnia vastantur, Lamboius casus; & Alter
Nussia, ait, triduo comessa furentibus armis
Gallorum, Hassorum: mox tertius advolat, inquit,
Kempena octiduo, subito expugnataq; Lynna est;
Plena doloris adhuc accedit Epistola Patris,
Perturbatus, ait, Status hic, suadetq; manere

BELLUM COLONIENSE, &
Tutius esse foris, verti quadrata rotundis,
Religionis enim pretextu bella moventur,
(Religio haud petitur, Regionis queritur aurum.)
Iam Ratio perversa status turpissima pestis
Occupat Imperium, nullus Status est Rationis,
Et ruere & spoliare juvat Tubadelius ades
Nostras, exitioq; ruunt jam pradia nostra,
Bellonaq; furor, certamina, praelia fervent,
Iustitia praclusa via est, atroxq; Tyrannis
Arma Virumq; canit, pressus gemit undiq; civis.

Respirabundus jam quartus Nuntius intrat,
Hic ait, hostilis prope Lechenig impetus heret,
Arx septem hebdomadas violentis restitit armis,
Lux nova caelo oritur, cum Maxmilianus ab aeth.
Metropolis cathedra electus Coadjutor Agrippae.
Hinc Bavarus Princeps succursum mittit Eidem,
Wahl, Hatzfels Rhenum navali ponte secantes
Castris Zontinam prope confedere locatis,
Grenbrochi hostis compulsus figere Castra est;

Hic percunctatur: nec & hostis ab hoste recedit;
Donec captura jam liber adesse Ioannes
De Vereth percipitur, Castrensia gaudia multans
Inter Casareos, Boiisq; augentur utrimq;
Hic subito stratagemata parans inimica fatigas
Arma diu, pradaeq; refert, per sepe repellit
Hostes, quos statione fugat, portatq; Triumphos;
Sed Fortuna nimis fallax mutatur ut aura
Continuo, hic Herostandem stipatus amicis

WESTPHALICUM NOVISSIMUM.

In Liedtberg surgit dum stare crepuscula Noctis
Cernitur ut castris Hostes exire coactos

Wahlus ac Hartzfeldt Confusos mane sequentis
Viribus, & ferro, nullo ordine, pellere possent.

Nec mora, succedit, Sed bini sede morati,

Werdanumq; solum solo in Certamine linquunt,

Dumq; fugâ Miles conversus, in agmine toto

Hostis castra movens celer Vrdingamq; per amnens

Rheni transcendens, & VVestphala colla protervus;

Germanas partes Baden vsq; recedit ad oras;

Iam Marcodurum reperitum Caesaris armis,

At revocis istis; ob mille pericula supra

Qua timuenda: (a) Diœcesis tum præda paratur

Hæsis, hinc rabies, furor, & crudelia passim

Bella Colonicos insurgunt Marte per agros,

Non procul à Bonnâ ferro, flammag; petuntur

Pagi, Odinghofen, M. Storf cum Lessenig atq;

Deustorf, & Satrapia simul vastatur inique,

Rusti us ante altos mox contribulatur acerbè,

Colla trahit captiva Cohors innexa capistris,

Iam pietas patefecit iter raptoribus, Eheu!

Vsq; adeo, Vbiacus Princeps, Fernandus in annis

Turbatis Statibus, cum conditione, coactis

Per menses certos permisit soluere Nummos.

Non minus Arma strepunt, hostilia quæque, fragosa

Machina, bellandi dolus, insidieq; parantur;

Nusquam tuta fides, Toto Pax exulat orbe,

Dum perturbatus status bis, bella horrida, bella!

[a] AD. 1643.

Dum

BELLUM COLONIENSE ; &c

Dum pia Iura silent , placuit conjungere Nomen
 Casareis castris , sperans post Nubila Phœbum,
 Prasenti hinc licuit certamina plura videre,
 Inter & esse; supra Schonburg cum monte superbo (a)
 Hebdomadis septem Gallorum restitit armis :
 Tum mea Relligio , tum defensiva cupido ,
 Baccharach , Hoechst , Freusberg taciturno transseo
 versu ;
 Nam quia propositi non sunt , memorare relinquo :
 Centurionis agens munus pro Casaris usu
 Ad Patriam revocor , qua tympana versa rotantur,
 Hassus enim Vbiacis nimium dominatur in agris ,
 Zonsiacum Rabenhaubt admotis cinxerat armis
 Iam Vice Binâ iterum , donec Melander ab alta (b)
 Wetravia revocus , Zons obsidione resolvit ,
 Progredimur supra , Euskirchâ extorquemus ab hoste.
 Annifinis erat , capimusq; Hibernia campo,
 In verno (c) Regimen Lamboio Casare ab alto
 Westphalia in Circolo , transfertur , bello orientis
 Mox Frisias adit , ex causis : diverso namq;
 Ars Belli est : verum Konigsmarck sistere fecit
 Ad Rhenam Amasii quâ devertatur utrimq;
 Post varios Casus , commissaq; pralia multa
 Qua Giseken sentit , qua Westphala corde verentat ,
 Præsidium ob Brumam pars consecratur ubivis ,
 Inter à expugnat Lamboy V Vindeckq; Nideckq;
 Et Marcodurum repetit , Casterq; revincit ,

Primo

[a] 1645. [b] 1646. [c] 1647.

WESTPHALICUM NOVISSIMUM.

Primus adest majus, (a) Breidenbent Visere primo
Ignitis placuit Sphæris, Assultus & æstus
Sapè novantur in hoc, primus sed Iunius armis
Apperuit Nostris, Hassorum proxima ad Erfftam
Ad sine Castra licet Grevenbrochiq; Paludes.

Ergo fugam Lamboy simulans ad littora Rheni
Nos ducit, pedites navali ponte locari,
Atq; Equites terrâ cito mandat figere. Castra
Zontinam propius, quod sit: quâ luce sequenti
Erfftam transgressi, passum superamus ibidem,
Suppetie hinc Hosti, clauduntur pabula, Victus,
Sufficiens nobis vectura patebat amicis,
Consilium intramus paucis simulare diebus,
Gaudet quisque sibi, quasi jam Victoria certa,
Sed Lux vix oritur, quo Lamboy incodit in hostes,
Tympana versantur, Tuba sed Taratantara clangit,
Ordo inimicus Equum ruitur pro parte sinistra
Principid, qui terga dabat, sed sistere ponte
Cogitur Attracto, sic concertatur utrimvis
In campo rursus, sed ab hoc cum sanguine multo,
Verum confusi post hæc consternimur, hostis
Desperabundus Vires fervore recepat,
Cernere dum licuit, quod prædas pondere pluri
Publica quàm libraret Eques: sic vertit in agmen
Nostrum confusum, displosis undique belli
Tormentis propriis, quisq; ut statione repulsus:
Per medios Enses, media inter tela relictus

A Scenio

[a] An 1648.

BELLVM COLONIENSE, &c

A Sociis videor, vitæ vix aura superstes,
Quò me verto, ruit miles. cadit undiq; amicus,
Captivi r serunt non posse habuisse salutem,
Postredie hinc querit Mater per corpora corpus,
Sed fortuna Comes, me saluat & Eruat unda,
Mille ultra pedites nos Casaris-Insula cepit:
Hinc Lamb y Vindex collectis Viribus Arma
Instaurare iubet, confestim ducere Castra
Novesio haud procul, Holthemium, statuitq; Pala-
stram,

Fugnatur paucis dubij de more duelli;

Hasia at auxilio turmas dum mittit Equorum,
Lamboy compulsus celeri pede flectere gressum
Retrò ad Worlingam, mox cernitur hostis in agro
Roggendorpiaco, tormenta boantia quassans
In Nos, sed diffidentes restare, relinquit;
Ad Gsdorff suprâ, ac VVeseling sua Castra lo-
tando,

Supremâ in patriâ hostili de more vagatur,
Indigenæ captiens, miserosq; gravando tributis;
Hac Iuliaci uter à vicinas migrat ad oras,
Et Marcodurum reperit sub fulmine belli,
Indè propè Vrdingam Rhenanam trajicit Vndam,
VVestphalian peragrans, Padebornam tentat
a: ei bè,

Nos sequimur taciti, congestis Viribus, omni è
Prasidio experti quod Equis Superemus Eundem.
Hic Lamboy rursus per devia colla resumens

Strata

VVESTPHALICUM NOVISSIMUM.

Strata viasq̄, retrò media de nocte locata
Castra inimica ruit, pia quà data tesserà Michâel;
Hic fortuna favens jam Nos ad mœnia ducit,
Sic Urbem laxamus, adhuc pugnatur in ipsa
Nocte, & mane altro, Victores cogimus hostem
Se retirare suprâ Paderam Delbrugij in oras,
(Vt pila Bellona est, cadit hæc, Cito saltat in altum)
Pergimus ulterius Visurgi ad littora castris
Expugnando Hoxter, dumq̄ ad majora voluntas,
Sol novus exoritur, Pacis Deus omne gubernans,
Tranquillans animos Procerum, Regumq̄, Ducum
que,

Nempè Monasterij: Pacis locus omnibus Vni-
versalis: bello turbatam restituit Rem.

Nulla salus Bello, sola est Pax optima Rerum:

Pax igitur conclusa, Dei de lumine lumen
Germanas hilarat Mentis: Pax alma perennis
Tradit amicitie conjunctis fœdus in orbe,
Iam Suecis, Gallis, Cattis cum Cesare Regni,
Immemores lesi, quisq̄ & sua Iura recepat,
In sacris Medium conflata gravamina solvit;
Helvetij accipiunt jam libertatis honorem,
Calvino in fœdus fit Pacis adoptio concors,
Flori restituit veteri commercia ad Indos,
Prœmia partitur Suecus, Pomerana resarcit,
Brandenburgiaco, Mecklenburg dempta rependit,
Pax Gallos, Suecos plumis aquilaribus ornat,
Placatusq̄ Hassus; tandem cessatur ab armis:

Tanta

BELLUM COLONIENSE, &c

Tanta molis erat Romanam condere Pacem!
 Nunc per Germanas fertur Pax publica partes,
 Mittitur Hoccerium Nobis Pax, hostibus aequa,
 Et Legatorum mandatur in agmine scriptis,
 Non inimicitias, nihil exercere uentē,
 Hinc Generalis ait, rauco stridore tubarum
 Pugnatum satis est, fufum est fatis sanguinis, ite,
 Ite domum satis est, Martis Venit Hesperus, ite,
 Praesidium sic quicq; suum, vexilla resumit.
 Magnatum verò dum consultatur in aula
 Quà ratione queant dimitti Martis alumni,
 In promptu medium est, Eburonus Episcopus, in se
 Ecce rebellantes Legios statuendo per agmen
 Parcere subjectis, & debellare superbos, (a)
 Westphalicas turmas Legiam deducit ad Urbem,
 Principio arma quidem quanquam sumpserē
 furore.

In nos, effrenes Legiū, tormenta q; crebrò
 Figentes, ultrò prorumpentesq; propinquis
 In Pagis Fleron, lupilleg; plebe sequente
 Innumerâ, fulmen mucrone & in ore gerente,
 (Dulcis inexpertos Ars bellica sepè sefellit)
 Parua tamen Germana manus data taliter arma
 Exceptit cum strage, breui, ut rediisse fugaces
 Sini visti, iamjam truncato Consule: signum
 Consulibus proprium: clavisq; argentea capta est,
 Et simul in rapidas fuit acta lupilla favillae.

Promouet

[a] An. 1649.

WESTPHALICUM. NOVISSIMUM

Promover accessum Spar, Mosā aſt Schroetius ultra
Mittitur, exploſis tormentis verberat Urbem,
Cenobium Divi Laurenti Sparrius, altum
Carthusia collem Schroet & concomitanter adintra,
Parte unā ſtructas dum flammās cernimus altūm
Officium mox docta meum pars altera, qua fert
Nomen, ab antiquo Amer-Cœur, Pons cordis amari;
Hiſce ſuperſedeo, nec particularia tango,
Antiquata licet Caroli memorare potentis (a)
Burgundi Ducis, Vrbs eadem dum diruta planè eſt;
Plurima corda etiam tali cum ponte reſuſa
Flumine ſubmerſa, hinc pās nomē adeptus Amercœur:
Nunc verò dum terror adeſt, dum flamma propinqua
Vrbs tractare cupit, Legatos mittere cœpit,
Iam Griniu pardon, pacem jam poſtulas omnis,
Indultum tridui Princeps concedit eiſdem,
Dat Veniam cunctis, tres excipiendo rebelles,
Porta patet, Bateria ſimul, vexilla movemus,
Sors Eburoneum mihi primò intrare Palatum
Contingit, ſociiſq; meis, mea ſigna volare.
Maxmilianus adeſt Princeps Huyo ante Decanus
Electus, Rerumq; gerens moderamina in armis,
Vbius hunc ſequitur Praſul, Princepsq; Leodi,
Supplicium ſumptum paulò ante in Conſule bino,
Qui Ferdinando portas aditumq; negarant.

Nunc ad propoſitum Pœci, dimittitur Vrbe
Miles, nunc hac, nunc illac; remanere cohortes,

Mandanur

[a] An 1463.

BELL. COL. & VVESTPH. NOVISS.

Mandamur nostrum bis sex, sed *Cætera turma*
Quæ loco, atq; inimica suum obtinuere recessu. (b)
(*Hæc mea Scripta dedit præsentia, cernere, adesse*)
Nunc postquam rigidos Pax aurea condidit enses,
Cumq; satisfactum Nummorum pondere grandi
Imperij validum tria bis centena dalerum
Millia, Casselij Patria Numerata periclo,
Tunc apud Vbiacos Hassorum Nussia Servis
Evacuata, Monasterio-Coesfeldia, demum
Neyphausa ad Paderam: sicq; exoneratur ab Hæsis
Rhenanus Tractus: iam tutus VVestphalus indè est,
Pax ergo Vigeat, Pacem te poscimus omnes,
(*Quod scælix faustum, jubet hic requiescere Plato.*)

[b] 1652.

Conclusio ad Lectorem.

EXpurgo mentem, quæ sit mihi Conscia testis,
Nil ulli in præjudicium confertur honoris,
Præteritis de Actis solum est meminisse suave,
Auctorum veterum doctrinâ hæc scriptio abundat,
Cætera praxis habet, dolor heu! qui sentiit unâ:
Sicq; novi nihil est, sat sunt perspecta, probata:
Ergo legenda, precor possis, versare benigne.

F I N I S.

AVCTO-

AVCTORIS
GRATIARVM ACTIO,
SS. SALVATORI
M V N D I,
IN P A G O N I V E N H E I M
GLORIOSO, MIRACVLOSO,
SIBI CORDE, ET HÆREDITATE
VICINO,

Pro liberatione Patriæ, & sui Salute.

SALVATOR MUNDI, Cœli Moderator
I E S U,

Vna salus lapsis, fontibus una salus.

Quid tribuam tibi pro cunctis, quæ Tu tri-
buiſti?

Ecce, mihi famulo crimine composito!
Iob famulo restante tuo, terrâque marique
Vita hominis Bellum est, & sine fine ma-
net.

Hinc Tu iuste Deus, si vis peccata flagellis
Punire, inducis bella parata tuis,

Nunc tua cū cessat manus, exorate, Ministros
Per-

AUCTORIS GRAT. ACTIO.

Percutiens, virtus, sit Tibi laus, & Honor.
Dextera contrivit Robur, tua gloria vires
Hostiles, patriæ florida gaudet humus,
Quas grates referā, per tot discrimina, casus,
Quod me salvasti de bonitate tua?
Tu mihi millenis iuvenili ætate periclis
Exposito præsens Numine Tutor eras.
Sæpè intentatum repulisti fortiter ictum,
Dum binæ ardebam Palladis arma sequi:
Hinc affigo Tibi IESU SALVATOR in Arrhã
Obsequii, binum Martis & Artis opus.
Cor ramen in primis tibi dedico, suscipe tale
In gratæ mentis Symbolon: esto memor.
Qui mihi VICINUS nunc ex Hærede, pioq̃;
Cordis ab affectu cerneris, esto memor.
Esto mei in Regno, IESU spes nostra, tuorum
Esto memor, nostræ Stella salutis, ades.
Protege Protector, salva SALVATOR IESU,
Protege me famulum, protege plasma
tuum;
Meque fact hæredem Patriæ cœlestis, ut inter
Angelicæ mentes Te sine fine fruam.



IN

EPIGRAMMA.

IN SILENTIVM D. AVTHORIS

EPIGRAMMA.

Bellatum satis est, I Mars Garamantas, ad
Indos,

Iustitiæ & Pacis germina pandit humus.
Sub nive quod tegitur, dum nix perit, omne
videtur.

Qui fugit, hunc sequitur multiplicatus
honos.

Dūque iubes, Auctor, servare silentia, prodit
Comiter in laudes obvia Musa tuas.

Ne iubeas: effusa ruunt, nequeuntque silere
Auctoris nomen nobile metra sui.

Nempe Palatino colitur tibi doctus Apollo,
Sæcula qui nobis aurea solus ager.

Vbiaci Formam Populi, veteranaque, promissis
Dextræ, & in hoc speculo conspicienda
locas.

A præiudicio procul es, nullumque laceffis,
Gesta antiqua placet, publica, iusta probas.

Te clara hinc patto virtus comitatur honore,
Hocque opus obscurum non sinit esse tuū.

Hinc Te, non linguâ, calamoque, at pectore
toto

Nos decantamus, Tu licet usque neges.
Prodit,

EPIGRAMMA.

Virtus Te exornat, quâ polles, fama latentē
Prodit, & in tacito lumine splendet honos.

In pium Affectionis Symbolon PP.

*Martinus Brandt Dusseldorpiensis, &
Franc. Martinus à Schopen
Iuliacensis, Nepotes.*

ALIVD.

ELoquar, an sileam? sin pro ratione vo-
luntas,

Non occultus eris, sed magè notus eris.
Nam quò plus tegitur, magis hoc exæstuat
ignis.

Nescit ab ingenio cedere fama tuo.
Seu Bello, seu Pace velis, ad utrumq; paratus,
Emeritus: studium est, & tua visa Fides.
Cæturio Quartus nostri Tu nominis Author
Exemplo Proavum, servitio Austriacum.
Hactenus ut Vir: persisteres? Romanus haberes,
Nomen in his Verbis quætere cuiq; licet
Ioannes Henriquez à Strevesdorff

Tilla-mont; Brabantinus.

ALIVD.

Miror, & obstupeo! tâtū Te nolle vocari
Authorē, in tacito sed latitare choro.
Quidquid conaris, quidquid moliris abesse
Clam, tamen à nobis cerneris esse palam.

Ioannes Vrbanus Iordans

Gleichensteino-Eichsfeldius Log. Laur.

ALIVD.

A L I V D.

Magna Ducum Belli semper laus extitit: amplius

Centurionis Honor, Centurionis Amor.
Fertur Evangelicus summum meruisse favorē

Centurio, à summo Centurione DEO.

Immò probata docent legum monumenta,
tulisse

Belligeris Dominū Robur opemq; viris.
Hoc tamen, in primis quotquot iusta arma
gerebant,

Sensere Auxilium, pro Patria atque Fide.
Et Tu pro Patria, Patriotarumque salute

Qui pia gessisti Nobilis arma Pugil,
Vsq; canendus ades: Te recta Intentio, causæ
Iustitia, Integritas, Relligioque probant.

Scilicet hinc Bellū molimur, ut indè sequatur
Pax, & amica solo, Pax & amica Polo.

At Tu cur bellum sectatus, & arma tulisti?
Nūquid ut indè Dei multiplicetur honos?
Nunquid ut Hæreseos ruerent vexilla, bo-
numque

Et Patrum & Patriæ promoveatur? ita.
Iā verò (quid multa cano) vel Marte vel Arte,

Aut quocūque velis More, paratus adest.
Ipsa Magistra docet nunc experientia rerum

Quod nemo (cedat Pallas, Apollo) potest.
Est

EPIGRAMMA.

Est in corde Dei Timor, est Amorusque Pa-
rentum,

Diligis, ut proprium, proximi ubiq; bonū.
Et Tibi cum Recti sit mens benè conscia,
honestè

Vivere novisti, jus dare cuique suum.
Hinc dubium non est, summo pro munere,
summam

Quin Tibi mercedem non sinat esse Deus.
Nolitur ungue Leo, Fructusq; ex arbore;
miror

Arboris è Fructus fertilitate Genus.
Adiutore quidem es, fateor, me sapiùs usus,
At multò obstupui sapiùs Ingenium.
Materia, Inventum, Conceptus, Metra, me-
morq;ue

Mens, Cerebri sedes, magna Talenta
sonant.

Carmina dant Praxin, dictat res ipsa Magi-
strum,


Et sapit Historicum scriptio, & arma
Ducem.

Promptus es ad Martem Pugil, es quoque
promptus ad Artem,

Promptus ad Imperium, promptus ad ob-
sequium.

*Ioannes Harnacher Iulio-Heimbacensis
Notarius, & Poëta ex Gym.L.*

F I N I S.



II/12⁴ 53/1. flüchtiger

32/36

3. 75 Rem

Wi

